



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)




L 1


22

Th. 4473.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



R. P. LVCAE
PINELLI,
SOCIETATIS
IESV

MEDITATIONES DE SAN-
ctissimo Eucharistiae Sacramento,
Et preparatione ad sacram
communione[m].

Lib. coll. soc. Jesu Paderborn. a. 1611


QVIBVS ACCESSERVNT.

EIVSDEM MEDITATIONES DE
vita D. N. Iesu Christi, & B. Virginis Ma-
riae Matris eius.

NVNC EX ITALICO IN LA-
tinum conversa A. R. P. IOANNE BVSAE
Societas. Iesu Theologo.



COLONIAE AGRIPPINÆ.
In Officina Birckmannica, sumptibus
Arnoldi Mylij.
ANNO clō. lxxIII,
Cum Gratia & Privilegio Sac. Cæs. Maiest.



PIO LECTORI. 3

QVONI AM hoc Sacramentū,
p̄ se Lector, est Sacramentum a-
moris, & ex amore amabilis
Saluatoris nobis relictū, cōue-
niens est, ad depellendam ingrati animi no-
tam, ut recipiatur & tractetur cum amo-
re; maximè cum alia re nulla amorem in-
instituzione huius Sacramenti amore ple-
nissimi demonstratū compensare possimus,
quam amore, cuius Deus nos Dominos esse
voluit, ut eum, quamcunq; in partē libuis-
set, cōverteremus. Vnde sicut CHRISTVS
dum seipsum nobis donat in cibum, dat rē
suam, siquē omnium carissimam; sic nos
cum Deo damus nostrum amorem, damus
rem nostram, omniumq; quas habemus,
carissimam. Hinc fit, ut Deus, idq; ma-
riō, pluri hunc unum amorem faciat,
quā ceteras omnes res mundi: nec aliud
postulat à nobis, dum alicubi sic loquitur:
Præbe fili mi cor tuum mihi, nempe amo-
rem, qui est tuus. Sed vide mirabile arti-
ficium liberalissimi LESV, qui ut te par-
ticipem faceret perfectionis maxime, quā-
ta potest donari creaturæ, nempe perfecta
unionis cū suo Creatore, tibi largitur hoc
nobile Sacramentum, & vicissim à te exi-
git Amorem: nam cum amoris proprium
A 2 sit,

AD LECTOREM

4
fit, amantem transformare in rem ama-
tā, qui est DEVS, huius quoq; cœlestis sa-
cramēti, nempe cibi diuini, qui manducā-
tem in se conuertit, proprium fit, vnire ho-
minē cū ipso Deo, prorsus sequitur, Sacra-
mentum, amoremq; nostrum simul coniū-
ctā, ita vniri cum Deo, vt vnā animā,
vnumq; cor cum ipso efficiant. Verum quia
voluntas non mouetur ad amandum, nisi
intellectus ei obiectum amore dignum, ob-
ligationemq; illud amandi prius repræsen-
tet, idcirco hūc libellū confeci, cuius ex la-
udatione facile cognosces, quā immenso be-
neficio, IESVS, relicto, hoc admirabili Sa-
cramento, nos affecerit. Intelliges quoque,
quantum obstricti simus amare donum si-
mul & donatorem. nec aliud ad maiore
communis Domini gloriam hoc exiguo o-
pusculo spectauī. Diuinā bonitatem oro,
vt sicut hoc dono amoris plenissimo nos præ-
uenit, sic etiam ad dignè illud perci-
piendum in animarum nostra-
rum salutem gratiam
impertiat. A-
men.

PRIMA

PRIMA MEDITATIO.

De Institutione sanctissimi Sacramenti.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONSIDERA, quantum erga nos amorem Saluator noster instituen- do hoc admirabile Sacramētum demon- strārit: cum nihil vel prāstantius, vel car- rius dare potuerit, vti indicauit S. Ioan- nes illis verbis. *Cum dilexisset, inquit, sic* Ioan. 13.

2. Considera, quomodo CHRISTVS ex hac vita migraturus ad Patrem, hoc a- mirabile Sacramentum instituerit, vt nob- bis viam suā passionis pro nostra salu- te toleratæ memoriam relinqueret, & in- sui amorem inflammaret.

3. Considera, quod dicit S. Chryosto- mus, Dominum nostrum diuinum hoc Sacramentum instituisse, vt nos vnum cum ipso efficeremur; quippe cum ipse sit eiusmodi cibus, qui dignè manducā- tem in se conuertat. Luc. 22.

4. Considera denique dum Iudæi pa- rant funes & crucem ad ligandum, & af- fligendum nostrum redemptorem, & dum Iudas se componit ad proditiōē, vt CHRISTVM tradat in manus ho- stium, tunc eum hoc nobilissimum Sa- Mat. 26.

eramentum instituisse, vt nos amoris sui
vinculis constringeret.

FRUCTVS.

FRUCTVS ex hac meditatione hau-
riendus, hic est, vt qui meditatur, actus a-
moris exerceat redamando CHRISTVM
quod tanto amore nos præuenerit, & se
ipse in hoc sacramento in cibū, pposuerit.

DISCVRSVS.

Per modum colloquij.

O Mi dulcis IESV, potuitne fieri,
tantum esse amorē erga nos tuū,
vt cū esses Rex gloriæ, & totius v-
niuersi creator te cibū esse volueris tuę tā
vilis creaturæ? O amor, nimis magna est
potentia tua, existimabam enim satis es-
se, quod Sapiens dicit de tua potentia:
Fortis est vt mors dilectio. Sed video mul-
to plus dici posse: nam sagittæ tuæ su-
peratis coelis ad ipsum Dei pectus pene-
trant, quò non pertingit, neq; appropin-
quat falx mortis? neque hic subsistis, sed
cor tuū defigens in amante, efficis, vt fa-
ciat quicquid volueris; immò transfor-
mans illud in rem amatam, non solūm
illud ab omnibus rebus creatis, quod fa-
cit mors, sed etiam à seipso auellis. Satis
fuiisset, mi creator, te nobis datum esse
in Dominum & Deum, in quo Propheta
tuus

Cor. 2.

Psal. 143.

MEDITATIONES. 7

tuus beatitudinem suam locauit, dicēs:
Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.
Verūm amor te attraxit ad faciendum
quod humana non capit sapientia; ma-
netq; verissimū, te, cū esses Deus ma-
iestatis, immensus & immortalis, homi-
nem factum, non ad patiendum modō
& moriendum pro nobis, sed etiam ad
pascendum animas nostras carne tua pu-
rissima & sacratissima, eius amoris mer-
cede, qui modum hunc excogitauit.
Eant nunc Sapientes mundi, & hu'us di-
uini amoris immensitatem intelligen-
tiæ suæ imbecillitate metiantur. Quare
meritō Domine *abscondisti hac à sapien-*
tibus & prudentibus, & reuelasti ea par-
uulis. Cæterū me tenere amplius non
possum, mi Saluator, quin ad potentem
illam tui amoris audaciā obstupescā, cū
perpendo, te eo ipso tempore, quo tuarū
tribulationū torrentes inuadabant, quo
in horto sola cogitatio sanguineū sudo-
rem ex corpore tuo expressit, oblitum
tui, omniumq; quæ parabantur, tormē-
torū, sollicitū fuisse de tali cibo nobis
procurando. O amabilis IESV, quam verē
de hac tua caritate scriptū est. *Aqua mul-*
ta non potuerunt extinguere caritatem,
nec flumina obruent illam: nempe aquæ
multæ passionis, & dolorum tuorum

LUC. 10.

LUC. 22.

CANT. 8.

A + flumi-

4. Reg. 2.

flumina retardare te non potuere, quominus tam singulare & pretiosum donum nobis conficeres & impartires. O anima mea. Elisæus Propheta magni fecit pallium, ab Elia magistro suo in discessu sibi relictum, quo aquas Iordanis diuisit, & siccis pedibus transiit, At Dominus, & Deus Eliæ, transiturus ex hoc mundo ad Patrem, reliquit tibi non vestem aliquam, sed sacratissimum suum corpus, ut in hac laboriosa peregrinatione sit comes tuus, in ærumnis robur, & cibus in vita spirituali salutaris. Iudica ergo nunc, quanti eum facere, & quam ardenti deuotionis affectu eum debeas recipere. Precare interim hunc liberalem benefactorem tuum, ne tibi eueniat, quod populo Hebræo, cui cum IESVS se in magistrum & Ducem obtulisset, ille repudiata eius doctrina & magisterio, velamen oculorum retinuit, & quod deterius est cæcitati ingrati animi crimen adiunxit.

II. MEDITATIO.

*De excellentia & dignitate huius
Sacramenti.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONSIDERA hoc augustissimum Sacramentum esse originem omnium

MEDITATIONES. 9

num gratiarum, donorumque celestium: continet enim in se CHRISTVM, ex quo tanquam è fonte viuo omnis gratia, omnisque sanctitas in alijs Sacramentis, ac Ecclesia tota existens, promanat.

2. Considera magna miracula ab hoc mysterij plenissimo Sacramento patrata, grauesque poenas, quibus Deus castigauit eos, à quibus indignè fuit tractatus. Hæ enim dignitatem eius demonstrant.

3. Considera, ad suscipienda alia Sacramenta sufficere contritionem, ne impediat gratia quam conferunt: sed ad recipiendum hoc Sacramentum, si homo sit peccato mortali obnoxius, præter dolorem & reuerentiam, requiritur aliud Sacramentum, videlicet, Confessionis, quod argumentum est excellentiæ illius.

4. Denique magnificentiâ, qua Ecclesia sancta sacram Eucharistiam conseruat, & celebres processiones quas in eius honorem instituit, supplexque magnorum Principum veneratio ad huius augustissimi Sacramenti conspectum, testificantur de eius dignitate & excellentia.

FRUCTVS.

Huius meditationis fructus est, reuereri, & humiliter magno cordis affectu

A 5. ado-

adorate, tam nobile & excellens Sacramentum, non interna solum, sed externa etiam veneratione:

DISCVRSVS.

Per modum Colloquij.

GLORIARE Ô sancta Ecclesia de hoc pretioso dono è cœlo tibi delapso, quod tam eximiū & nobile est, vt neq; in terra, neq; in cœlo augustius inueniatur. In eo enim cōtinetur, qui ab Apostolo appellatur splendor gloriæ Dei, sed absconditus, & obtectus, vt te pluribus cumulet beneficijs. Probè nosti, Moysè descendente è mōte Sina, in quo sermonem cum Deo habuerat, filios Israel ob splendore vultus eius nō potuisse cū eo colloqui. Quare, vt habet scriptura posuit velamen super faciem suā, vt omnes cum eo loqui possent. Ita planè fecit noster Moyses cœlestis, qui nō contētus liberatione nostra è dura seruitute Ægypti, in sacra Eucharistia velum accidentium panis posuit, ne nimio gloriæ eius splendore aut terreremur, aut longius ab eo recederemus. O amor immense, quam longè progressus es cum meo Domino? iustam certè causam habes, Ecclesia sancta, prænobiles excitandi aras, & illusticia erigendi tabernacula, ac multiplicandi lumina ad honorandum hunc sacro.

Heb. 1.

Exod. 34.

MEDITATIONES. 17

sacrosanctum & adorandum panem,
 Cuius modo parietes pretiosis perstro-
 matis, & argenteas aureas: ñe thecas con-
 strue, in quibus requiescat nam cum ipse
 sit annuli gemma, quo à Deo es de-
 sponsata, omne pretiosi ornamentigenus
 rectè in eum competit. Et si quicquid
 in eius honorem feceris, parum aut
 nihil est, si cum eius excellentia vel dig-
 nitate compararis. Immo cum feceris,
 quantum scis, quantum potes, & quan-
 tum vis, magnitudinè tamen huius glo-
 riosi Sacramenti non attigeris, cum tãta
 sit eius maiestas, vt alia omnia potius ab
 ipso, quàm ipsum ab illis, laudem suam
 decusq; consequantur. Vnde propter ip-
 sum, eiusq; præsentiam & sacerdotes, &
 altaria, & tabernacula ac thecæ in hono-
 re habentur & sanctificantur. Nec mirũ
 quia in se continet illum qui totam hanc
 vniuersitatè condidit, cuius nutu existũt
 angeli, & infinitum est omnis perfectio-
 nis pelagus. tamque potens & magnus
 est, vt infinitè capacitatem nostram ex-
 cedat. Quod intelligens Propheta dixit:
Magnus Dominus. & magnitudinis eius Psal. 144.
nõ est finis. Et hæc causa est, anima mea,
 cur in huius admirabilis Sacramenti ex-
 cellentia consideranda oculi mentis ca-
 lligent, Ne ergo admirere amplius mag-
 nitu-

Hest. 2.

nitudinem donorum regis Affueri, postquam Hester sibi desponsauit in coniugem, illa enim dona fuerunt terrena, quæ non præbent vitam spiritus. Admirare potius donum pretiosum, à Deo Ecclesiæ militanti, postquam sibi naturam humanam desponsauit, exhibitum, quod donum fuit cœleste, & valoris infiniti, ac dignè recipientibus affert vitam æternam. Eheu Domine, dum paras nobis donum tuæ maiestati & excellentiæ consentaneum, eousq; nos tibi deuincis & obligas, vt si manum non præbeas volenti rependere gratiam, prorsus ingrati & infames futuri simus. Sat scio Domine, te non solere homines nimium pudefacere, qui tibi ex amore desiderant seruire Fac ergo, vt ego tua adiutus gratia te diligam, tibiq; in seruiam.

III. MEDITATIO.

*De mirabilibus huius sanctissimi
Sacramenti.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONSIDERA admirandam Saluatoris nostri sapientiam, qui cibus noster futurus, cum sciret quantum natura nostra abhorreat à manducatione carnis humanæ, & potatione humani sanguinis, se sub panis & vini specie, quæ sunt alimen-

MEDITATIONES. 19

alimenta communia, omnibusque gratia, nobis in cibum reliquit.

2. Considera deinde immensam IESU bonitatem, qui ideo sub specie panis nobis se communicat, ut maiorem merendi causam habeamus. Si enim CHRISTVS visibiliter cerneretur in hostia, cessaret nostrum meritum, sed dum non videtur, fidem exercemus, quæ crebris actibus in nobis crescens, facit, ut crescat quoque gratia, & meritum æternæ gloriæ.

3. Considera etiam potentiam à CHRISTO in hoc stupendo Sacramento monstratum, quia ad paucula consecrationis verba veniens CHRISTVS in hostiam, omninò substantia panis desinit, & accidentia, quæ à nobis videntur & tanguntur, supra omnem naturæ ordinem per se sustentantur.

4. Considera hunc cœlestem cibum non conuerti in manducantis substantiam, uti alijs cibis naturalib. contingit, sed nos conuerrere in se. Vnde cum cibum sit diuinus, nos quoque diuinos & filios Dei efficit.

5. Considera alios cibos tantum sustentare corpus, sed hic sustentat & nutrit animam in vita spiritali. Adhæc quando accipitur, totus accipitur, & tamen nec

consumitur, nec more aliorum ciborum
deficit: tantumque sumit vnus, quatum
mille,

FRUCTVS.

FRUCTVS huius meditationis est ob-
stupefcere, quod Deus ex puro amore cō-
motus, nobis ingratissimum Sacramen-
tum largitus sit. Erubescere quoque quod
neque pro doni magnitudine, neque pro
amore, quo Dominus se nobis donauit,
vices rependerimus.

COLLOQVIVM.

NEGARI non potest Domine, hanc in-
gentem mundi machinam tua omnipo-
tentia è nihilo conditam esse admirabi-
lem. Confiteor item stupendam & admi-
ratione dignam esse hominis compo-
sitionem, in quo tua sapientia vniuersita-
tem totam ita inclusisti, vt merito à Sapi-
entibus vocatus fuerit microcosmus.
Nec Adamus erat DEVS, nec mundus e-
rat vel Deus vel homo. At quod mihi
præbes in hac exigua hostia, Deus est pa-
riter & homo. Opus verè admirandum.
O stupor super omnes stupores. Quàm
benè paucis verbis id sanctus Propheta
expressit dicens: *Memoriam fecit mirabi-
lium suorum misericors & miserator Do-
minus, et eam dedit timentibus se.* Dicam
amplius Domine, Quando stupentibus

MEDITATIONES. 15

angelis te carne nostra induisti, verè magnum & admirabile opus fecisti: verùm huius mystici cibi institutio longè est admirabilior. Nam in incarnatione, vt loquitur tuus Apostolus, apprehendisti semen Abrahæ, hoc est, naturam humanã mortale & passibilem assumpsisti, & tibi vniuisti. At quando ego communico, accipio te CHRISTVM meum, Deum verum, & hominem immortalem ac gloriosum, cuius beneficio me tibi vnis, imò me in te conuertis, rectissimè enim cõpetit in te dictum Hester: *Valdè mirabilis es* Cap. 15

Domine, & facies tua plena est gratiarũ. Plus dicam. Quãdo mi benigne IESV placuit tibi pati & mori in cruce proijs, qui te offenderũt, meritò obstupescere fecisti cœlos tam ingenti humilitate, & immensa charitate tua in hoc opere declarata.

Quod si eam ob causam opus hoc fuit admiratione dignum & stupendũ: multo mirabilius erit hoc diuinum sacramentum, in quo & maiorem humilitatem & ampliorem caritatem demonstras: in cruce enim semel tantum, teste Apost. Paulo, te Patri cœlesti in sacrificium, generisq̃ue humani pretium obtulisti. Sed in hoc cœlesti mysterio offers te, & das non semel, sed quotidie sæpius, non Patri tuo cœlesti, sed hominibus ingratis, non in
pre-

Psal. 83.

pretium, sed in cibum. Nam quis non intelligit hoc opus illo esse admirabilius? Quam verè dixit Dauid: *Magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es solus DEVS, & nō est similis tui Domine.* Tu solus Domine magnus es, & in mirabilibus operibus patrandis, non est vllus similis tibi. Ergo Domine cū proprium tibi sit magna facere & mirabilia, ecce me pauperem & debilem, effice quāso vt huius gloriosi Sacramenti beneficio, donorum coelestium diues, & in aduersitatibus huius vite perferendis fortis fiam & robustus.

IV. MEDITATIO.

De gloriosi huius Sacramenti effectibus.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Luc. 24.

1. CONSIDERA hoc glorioso Sacramento ita illuminari intellectum, vt facillè innotitiam Dei veniat. Vnde duobus illis discipulis euntibus in Emaus, mox post sacrum panem sumptum, vt habet scriptura, aperti sunt oculi, Dominumque agnouerunt.

2. Remittit peccata venialia: sicut enim alimentum corporale restaurat id, quod calor naturalis consumpsit, sic hoc alimentum coeleste restituit, quod anima ardore concupiscentiæ venialiter peccādo perdidit.

3. COU

MEDITATIONES. 17

3. Coniungit nos CHRISITO capiti nostro, & proximis, qui sunt CHRISTI membra, prouocans nos ad eos debito amore cōplectendos, atq; ideo à sanctis Patribus appellatur Sacramentum vnionis & caritatis. Vnde Aug. scribit idcirco sub specie panis esse institutum, eo quod sicut panis ex multis frumenti granis conficitur, ita hoc Sacramentum ex multis cordibus vnā efficiat voluntatem.

4. Vires suppeditat ad iter ritè conficiendum in hac peregrinatione, eamq; obrem dicitur viaticum: iuuat quoq; ad cōsequendam sc̄licitatem æternam. Vnde dixit CHRISTVS. Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam.

FRVCTVS.

HVIVS quartæ Meditationis vtilitas est toto corde desiderare & procurare dispositionem & præparationem animi ad consequendos huius salutaris Sacramenti effectus, Deumq; precari, vt nos eis dignos reddat.

ANNOTATIO.

De tribus modis sacram Eucharistiæ recipiendi & de fructibus, qui in quolibet illorum modorum accipiuntur, excerpta ex capite 17 18 & 19. Opusculi 59 S. Thomæ Aquinatis De quibus quoq; agit S. Conc. Trid. sess. 13 c. 8.

I. Non-

1. NONNULLI dum communicant, tantum recipiunt Sacramentum, ut sunt peccatores, qui recipientes indigne sanctissimum Sacramentum, non solum non accipiunt salutare aliquos eius effectus, sed iudicium (teste Apostolo) sibi manducant, hoc est, damnationis reos se efficiunt, Quod indicat quoque Ecclesia in hymno cum dicit, *Mors est malis, vita bonis*, ubi malorum vel peccatorum nomine intelligit eos omnes, qui cum conscientiam habeant mortali peccato inquinatam, non confitentur, aut certe in excommunicatione, vel cum prava animi intentione communicant.

1. *Corin. 11.*

2. Alij sunt, qui communicant spiritualiter, & sunt ij, qui viua fide credentes in hostia consecrata esse Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, desiderant cum eo vniiri, & ideo ad communionem aspirant magno animi sensu & desiderio, pręparantes se ad eam cum humilitate & deuotione: ac hi non omnes huius Sacramenti effectus, sed aliquos tantum recipiunt.

3. Alij denique bene ad cœlestem hunc cibum dispositi, vesteque nuptiali caritatis & puritatis ornati, non solum spiritualiter communicant cum desiderio, sed etiam Sacramentaliter, recipiendõ

cor-

MEDITATIONES. 19

corpus Domini nostri. Atque hi vnà cū Sacramento recipiunt omnes eius effectus, conueniēter præparationi, quæ quo maior exstiterit, tanto anima reddetur capaxior virtutibus, donis & gratijs in hoc Sacramento conferri solitis. Quod indicat Deus, cū per suum prophetam dixit, *Dilata os tuum, & implebo illud.* *Psal. 80.*

COLLOQVIVM.

In forma Dialogi inter hominem & animam.

Homo. Verum est, anima mea, hūc sacrum cibum ab amabili IESV dari ad te pascendum. Sed age dic, quid prodest cibus licet pretiosissimus mortuo? *A. Nihil.* *H.* ergo nec tibi proderit sacrosanctum Sacramentum, si fueris mortua. *A.* ita est. at qua ratione mori possum, quæ sum immortalis? *H.* certum est te non posse extingui morte corporali, instar animalium rationis expertium, sed bene mori potes morte spirituali, quæ consistit in separatione gratiæ diuinæ ab anima, sicut mors corporalis consistit in separatione animæ à corpore. *A.* dāne ergo gratia Dei animæ vitam? *H.* maximè, non secus, quàm anima dat vitam corpori. *A.* Quis verò potest animam priuare gratia, quæ est eius vita? *H.* peccatum mortale; vnde dicit Ezechiel, *Cap. 18.*

Ani-

Anima quæ peccauerit ipsa morietur, id est, priuabitur gratia. A. Vnde peccato tāta obigit potentia. H. Ab ordinatione diuina, quia anima peccato mortali consentiens, rebellat Deo. Et sicut rebellis iustè exuitur suis bonis, sic anima peccando spoliatur gratia, nempe dono inæstimabili ei à Deo concessō. A. itaque si ad recipiendos huius cibi cœlestis effectus, necessarium est animam viuere in gratia, Sacramentum certè hoc animam non uiuificabit, excitando eam à morte ad vitā. H. Ordinariè quidem non uiuificat, nam cum sit cibus spiritualis, vitam spiritualem supponit, & ab anima acceptus, eandem nutrit & præseruat à peccatis. A. Age, dic quæso, quid factō opus est ad degustandum hunc sacrum cibum, eiusq; effectus participandos? H. Opus est fame. Dominus enī *animam esurientem satiat bonis*. Deinde per contemplationē hic cibus cœlestis, considerata eius dignitate, masticandus est. A. Heu me, cuius palatum voluptatum carnalium veneno nimiū corruptū est. Heu me, quod huius mūdi vanitates ita cor meū occupatū teneant, vt mihi nec gustādi, nec considerādi huius mystici cibi otīū vllū, tempus ærelinquant. O me miseram, o me miseram. H. Conuertamus nos anima mea

Psalm. 106.

ad

MEDITATIONES. 21

ad eum, qui potest iuare. Clementissime IESV, quis afflictæ animæ meæ adimet hoc lethale venenum, ne iustu, effectibusq; tam salutaris Sacramenti destituatur? Quis mihi præscribet medicinâ? Domine non aliud volo, quàm tu vis, quandoquidem Pater cœlestis de cœlo te in medicum nostrū misit. O sancte Rex Dauid, quanto maiore nos fauore & benevolentia Deus prosequitur, quàm te. nam cū esses adulterio Bersabee, æquæ ac morte Vriæ mariti eius quasi veneno mortifero infectus, missus ad te est Propheta Nathan, vt venenum abigeret ab anima tua: verū ad nos venit Propheta rum Dominus, qui pro summo amore, quo nos complectitur, vult simul esse medicus, & medicina nostra, Benedictus sis mi benigne IESV. Et quia non minus potens quàm amabilis medicus es, oro te, vt hac sancta Sacramenti medicina, efficiar alter quidam Dauid secundum cor tuum. Pater cœlestis, caro primi Adam ea est, quæ animam sibi coniunctam infecit, tinxitq; veneno; fac quæso, vt caro secundi Adam CHRISTI animam sibi unitam sanet & expurget, cū hæc illa incomparabiliter sit potentior. Efficere quoque Domine, obsecro, vt sicut homo ratione carnis veteri Adamo unitus & con-

iur-

iunctus particeps redditur omnium eius malorum & ærumnarum, sic ego beneficio sacratissimæ carnis vnitus CHRISTO nouo Adamo particeps fiam omnium donorum & bonorum CHRISTI.

V. MEDITATIO.

De sacra Eucharistia porrecta

Apostolis.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, quomodo IESVS præuidens afflictionem Apostolorum ex sua passione consecuturam, decreuerit eis sacram relinquerè Eucharistiam, vt eius virtute auxiliũ & robur aliquod acciperent.
2. CONSIDERA, quomodo Dominus, vt Apostolos suos disponeret ad tantum Sacramentum dignè percipiendum, lauerit eorum pedes, ac deinde ad humilitatem & caritatem sit cohortatus. Immunditia enim carnis, superbia, & odium sunt huius diuini mysterij hostes omnino capitales.
3. CONTEMPLARE Apostolorum gaudium & effusam lætitiã, qui cognita sacramenti dignitate, cum viderent se fore primos qui eius participes fieret, ac simul expederent tantam gratiam nulli vnquã hominum sanctorum, sed nec angelorũ quidem cœlestium contigisse, toto spiritu exultabant.

4. CON-

MEDITATIONES. 23

4. CONTEMPLARE quanta Apostoli deuotione, quot lachrymis à Domini manibus sacram Eucharistiam receperint, excepto vno Iuda, qui siccis oculis, corde iam in proditione Magistri intento & abiecto astabat. *Matth. 26.*

5. CONTEMPLARE, quemadmodum obstupefacti sint angeli, cum animaduertent verbum incarnatum, Dominum suum & Deum se homini dare in cibum.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius Meditationis erit, primo adire ad sacram communionem, postulare à Deo, omni que studio procurare summam puritatem, magnam humilitatem, & in proximos caritatem, ad quas virtutes hortabatur Apostolos, cum eis communionem porrigeret.

COLLOQVIVM.

CONFITEOR mi dulcis Iesu, tuum erga nos amorem omnis caritatis, quam inuis maximæ, limites excedere, quia nulla habita ratione suppliciorum tibi impendentium, tantum omnem curam in id conuertisti, quemadmodum sacram mensam Apostolis ad eos corroborandos, nobisque in eorum persona aduersus inimicorum nostrorum insultus apponeres. O quam vere quilibet nostris
pe-

Psal. 22.

potest vsurpare illud Prophetæ dictum.
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Verùm si ista mensa tua, mi Domine, adiri non potest, nisi pedibus mundis, quis lauabit pedes meos? Quis absterget lutum terrenarum cupiditatum? quæ non animam modò meam contaminant, sed prorsus deorsum deprimunt. Eheu, nec homo, nec Angelus valet efficere *mundum de immundo conceptum semine, nisi tu, qui solus es.* Tu solus

Iob 14.

Redemptor meus id potes, cui Pater omnem potestatem dedit: *U miser ego & pauper:* nam quando tu Domine pro immensa caritate tua abluere uoles pedes meos, mihi aquæ lachrymarum ad hunc effectum necessariae, deerunt. Quare cogar ingemiscens cum Ieremia clamare.

cap. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Et ubi Domine clamoribus meis ad misericordiã commotus, dignatus fueris, percussa duri cordis mei petra mihi largiri aquas lachrymarum, quomodo audebo, licet lotus, huic sacrae mensæ me adiungere?

cap. 3.

Nam cum Iosue iussisset arcam deserti versus Iordanem, mandasti ne filij Israël arcae appropinquarent, sed spatio duùm millium ab ea abessent, ne morentur, sicut alibi acciderat Ozeæ sacerdoti, qui,

2. Reg. 6.

quod

MEDITATIONES. 25

quod arcæ appropinquasset, eam que attigisset, ne caderet, repentina morte punitus est. Quo casu perterritus Dauid, non ausus fuit arcam Dei in domum suam recipere. Et ego, qui non sum vir secundum cor Dei, ut erat Dauid, accumbam huic diuinæ mensæ, in qua est supremus Dominus, in cuius honorem & reuerentiam facta est arca? Quomodo dulcis Iesv audeam ore meo te attingere, cum carissimæ discipulæ tuæ Magdalenæ te tangendi desiderio captæ dixeris: *Noli me tã Ioan. 2e.* gere? Et ego, qui neq; lachrymas, nec unguentum pretiosum in pedes tuos effudi, sed nec in monte Caluarie sub cruce tua steti, aut cum aromatibus ad sepulcrum veni, audebo te adire? Securius ergo erit Domine, si firmus subsistam, donec amoris tui sagitta me attrahas, ut cõfixus cerui instar ad te fontem viuũ excurrã.

VI. MEDITATIO.

IN duas partes diuisa, supra antiphonam Ecclesie. *O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur.*

Est S. Thomæ opusc. 57.

PUNCTA MEDITATIONIS
Primæ Partis.

B

I. CON-

1. CONSIDERA quinque discrimina, quæ intercedunt inter hoc Christi conuiuium, & conuiuia huius mundi, in dicta Antiphona comprehensa. Primò conuiuia mundi profana sunt; in illis enim, neque datur sacer cibus, neque ferè vel ad animæ salutem, vel ad Dei gloriam instituantur. At hoc CHRISTI epulum vocatur *Sacrum conuiuium*, ob cibi sanctitatē, ad Dei creatoris gloriam animam sanctificantis.

2. IN conuiujs mundi est ciborum magna varietas, & quo maior varietas est, hoc cōuiuium est splendidius; quia cū vnū ferculum non contineat saporem & perfectionem reliquorum ferculorū, non potest satiare vel explere hominis appetitum. Verū in hoc sacro conuiuiō, in quo CHRISTVS sumitur, est vnū tantum ferculum, vnusque cibus CHRISTVS, qui cū sit infinitus, omnem in se continet perfectionem. Et hic solus hominem potest exsaturare. Cuius figura fuit Manna, quæ omnem habebat delectationem, & saporis suauitatem.

3. IN conuiujs mundi, nullus sermo instituitur de morte, de tolerandis afflictionibus & ærumnis, sed de rebus iucundis. In hoc verò CHRISTI recolitur

MEDITATIONES. 27

memoria passionis eius, & mortis, amore

nostri, & pro salute nostra ab eo perpesse,

4. *MENS impletur gratia.* In hoc conuiuiio CHRISTI anima repletur gratia, q̄ affert salutem, & donorum cœlestium incrementum. Sed in conuiujs mundi, ita corpus impletur cibis, vt sæpenumero & corpori morbos, & animæ spiritale detrimentum afferant.

5. *MVNDI conuiuia,* ob excessus qui in illis fiunt, amandant animas ad infernū, & sunt quasi æternorum suppliciorum pignora, sed sacrum CHRISTI conuiuium, cū sit foelicitatis æternæ pignus, ipsum cœlum patefecit. Vnde & in antiphona dicitur: *Et futura gloria nobis pignus datur.*

PVNCTA MEDITATIONIS

Secundæ Partis.

I. *CONSIDERA,* quomodo amabili IESV placeat, vt in hoc suo sancto conuiuiio faciamus omnia, quæ faciunt conuiuæ à Principe ad aliquod epulum profanum inuitati. Hi enim non solū magno desiderio anhelāt ad conuiuij horam, sed etiam dant operam, vt bene compti & ornati appareant, deinde, vt gustum amplius oblectent, vacuum cibus stomachum adferunt, sciētes gratissimam rem

B 2

se

se facere inuitatori, si cupidè apparatus ei
bis vescantur.

2. CAVENT quoque sedulò, ne quid a
gant vel loquantur, quod Principi, à quo
inuitati sunt, displiceat. Finito verò conui
uio, non mox discedunt, sed iucunda cū
Principe miscent colloquia, eiusque nū
liberalitatem, nunc conuiuij magnificen
tiam collaudant.

3. DISCESSURI autem iterum gratias a
gunt Principi ob fauorem sibi præstitū
& ex animo se offerunt ad rependendum
omne officium. Itaque si is, qui commu
nicat, idem, spiritualiter cum CHRISTO
à quo ad sacrum hoc conuiuium inuita
tus est, faciat, officio suo, puto, faciet sa
tis.

FRUCTVS.

UTILITAS, quæ ex hac Meditatione
hauriri poterit, erit gratum se erga tam
beralem Dominum, qui magno hono
re nos afficit, multaq; dona largitur, &
pauca vicissim à nobis postulat, declara
re.

DISCVRSVS.

Per modum Colloquij.

DOMINE mirum non est, si tui sac
conuiuij magnificentia me reddi
attonitum: nam Esaias multis an
tè sæculis præuidens illud tāquam pietat
ra

ram adumbratam, ad illud obstupuit, ac
 ad laudandum eius splendorem dixit, *Fa- Cap. 25.]*
ciet Dominus exercituum omnibus popu-
lis in monte hoc conuiuium pinguium Ma-
 gnum hoc conuiuium erit, o sancte Pro-
 pheta, quia non quiuis, sed Dominus ex-
 ercituum illud instituet, atque id non cer-
 tistantium hominibus, sed omnibus mu-
 di populis. Nec faciet in quouis loco, sed
 in monte, in quo existet Ecclesia Dei, *que* *Matth. 25.*
est ciuitas supra montem posita. Denique
 erit conuiuium pinguium: cibus enim
 erit CHRISTVS, qui vnctus est de Spiri-
 tu sancto. Lætare o Ecclesia sancta, quia
 tu es mons ille à Deo electus ad diuinum
 hoc conuiuium. In brachijs tuis parat
 stat mensa, tuique cari filij *sicut nouella* *Ps. 27.*
oluarum in circuitu eius. Exurge anima
 mea, & quamprimum ex obscura valle,
 à te ipsa discede, quia Dominus te sub
 monte ad conuiuium suum expectat, non
 iam tonans, aut fulgurans, uti fecit filijs
 Israel, sed inuitat nos his beneuolis ver-
 bis. *Venite ad me omnes, qui laboratis, &* *Exod. 19.*
onerati estis, & ego reficiam vos Perga- *Matth. 11.*
mus modò securi: nec enim amplius vi-
 get lex illa: *Qui tetigerit montem, morte* *Exod. 19.*
moriatur. Sed contra potius, qui sub mon-
 tem venerit, & de hoc Sacramento man-
 ducarit, viuet in æternum. Verum ad- *Ioan. 6.*]

B. 5. ues-

Psa. 23.

Matth. 22

Luc. 15.

uerte anima mea, non omnes posse ascendere in hunc montem, sed tantum, ut loquitur regius Propheta, *innocentem manibus, & mundo corde*. Hæc est vestis nuptialis, qua ornati esse debemus in CHRISTI conuiuio: alioquin audiemus terribilia illa verba *Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores*. Hei mihi Domine, qui instar filij prodigi uiuendo luxuriosè inquinavi & laceravi vestem innocentiae in sacro baptismo acceptam. Heu misero, si mihi non subueniris in tuo sacro conuiuio, comparere minime audebo. Quid faciam Domine, si propter peccata mea fuero repudiatus à te? Quid faciam, cum pudore veteri venire sine veste. Fortè ex folijs consuam vestem, uti fecit Adam, postquam vestem innocentiae ei à DEO datam perdidit. Sed eheu, parum id mihi proderit, sicut nec profuit ipsi Adam, qui cum in conspectum Dei venire non auderet cum illa veste, sese abscondit. Si verò ut ego me abscondam, nonne priuabor salutari hoc conuiuio? Ad te igitur patrem misericordiarum me conuerto, confiteorque me in eum modum te offendisse, ut non sim dignus vocari filius tuus. At confidens infinitae bonitati tuae, te obsecro, ne mea errata, sed tuarum misericordiarum magni-

gni-

MEDITATIONES. 31

gnitudinem respicere velis. Misericors est Dominus, quia filius prodigus non solū à suo Patre fuit receptus; sed etiam veste donatus, & annulo ornatus, ut interesse posset conuiuio vituli saginati. Luc. 15.

VII. MEDITATIO.

De Fine, quo quis moueri debet ad suscipiendam sacram Eucharistiam.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, cū hoc diuinissimum Sacramentum à CHRISTO institutum sit, quasi medicina, ad præseruandum nos à malo, atque etiam ad alēdam spiritualiter animam nostram, congruens esse, ut id ipsum tanquam finis proprius nos ad communionem permoueat, quæ deinde à nobis referatur ad gloriam Dei, velut ad finem extremum.

2. CONSIDERA Deū non alio fine hūc cibum spiritualem nobis reliquisse, quā ut sacræ Eucharistiæ beneficio in ipsum transformaremur, secundum eius voluntatem viuendo, quod non est aliud, quā Deum viuere in nobis.

3. CONTEMPLARE mirificum desiderium, quo Pater & Filius flagrant pro nostra salute & perfectione promouenda. Ille enim nobis misit filium suum, ut

illum in humilitate, patientia, obedientia, contemptu mundi, &c. imitemur. Filius autem nobis reliquit hoc amabile Sacramentum, ut nobis auxilium præberet ad dictas virtutes acquirendas, & ad vitam instituendam, sicut eam instituit CHRISTVS. Atque hic debet esse nostræ communionis finis.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius Meditationis erit, operam dare ut transformeris in Deum, imitando virtutes & vitam CHRISTI. Quod intellexit Deus, cum diceret Mosi, *Fac secundum exemplum, quod tibi ostendi in monte.*

Exod. 15.

ANNOTATIO.

De Fine & intentione communicantis.

PRIMUM communicare ad percipiendam consolationem, & voluptatem spirituales, sic ut ille sit principalis communionis finis, non est admodum laudabile, quia id nascitur ex amore proprio, Potius enim debet nos mouere desiderium patiendi cum CHRISTO, cum hoc Sacramentum sit memoriale passionis ipsius.

2. Nec bonum est communicare principaliter ad impetranda à Deo bona terrena: nam cum hoc cœleste Sacramentum sit cibus spiritualis animarum, nõ debet primario referri ad res caducas & terrenas.

nas;

MEDITATIONES. 39

nas. Quanquam non prohibemur postulare à Deo gratiam aliquam temporalem, & ad illam intentionem communicare, modò id fiat ad maiorem Dei gloriam.

3. Communicare, vt mundo appareas pius & spiritualis, nomenq; hominis sancti consequare, pessimum est. Hæc enim esset hypocrisis, ac abusus, & iniuria tantæ Sacramenti.

De recta intentione, bonisq; finibus, quos communicantes habere debent

propositos.

PRAETER proprium finem, ob quem hoc Sacramentum est institutum, & omnibus in sacra communione debet esse propositus, de quo in punctis Meditationis actum est, sunt alij decem à S. Bonaventura commemorati tom. 7. in opusc. de præparatione ad Missam, cap. 8. Primus est, si quis communicet ad obtinendam suorum peccatorum remissionem, quia hoc Sacramentum est etiam sacrificium Deo gratissimum, mediumq; efficax ad peccata expianda. II. Pro remedio suarum infirmitatû, vt huius sancti antidoti beneficio, quis à graui aliquo malo præseruetur. III. Ad effugiendam magnam aliquam afflictionem vel tentationem. IV. Ad impetrandam gratiam, vel aliud donum Spiritale, cum in hoc Sa-

B 5

cræ-

cramento is sit, cui Pater cœlestis nihil vñ
 q̄ recusauit. V. Ad gratias agendas Deo,
 pro beneficijs tam temporalibus, quàm
 spiritualibus tibi & alijs præstitis. Et hoc
 est, *Sacrificare hostiam laudis, & pro om-*
nibus qua retribuit nobis, calicem salutari-
ris accipere. VI. Ad iuuandum proximos
 tam viuos quàm defunctos: cùm in hoc
 Sacramento is sit, qui interpellat pro no-
 bis. VII. Ad laudandum, colendūq; Deū
 & sanctos, cùm hoc sit omniū sacrificio-
 rum, quæ esse possunt, maximum & glo-
 riosissimū. VIII. Ex amore erga Iesum, vt
 quis, recipiendo illum in Sacramento, fa-
 miliarius quoque cum eo agat. IX. Ex de-
 fiderio augēdi gratiam, quando quidem
 fons omnis gratiæ existit in hoc Sacramē-
 to. X. Vt quis sic vniatur cum Christo, vt
 sit quasi vnum quiddam cum ipso, & in
 eius amore continenter persistat.

COLLOQ̄VIVM.

NIMIS amabilis es, mi Saluator, satis
 fuisset nobis è tuis creaturis aliquod pro-
 curare remediū, idq; magni fauoris lo-
 co duxissemus. At non satis fuit ardenti
 caritati tuę; voluisti enim ipse esse anima-
 rum nostrarum remedium, vt in te cōue-
 niret illud Sapientis; *Amicus fidelis, medi-*
camentum vitæ & immortalitatis. Quis
 enim amicus te fidelior? quod medica-

MCC-

*Psal. 115.**Roman. 8.**Eccl. 6.*

MEDITATIONES. 35

mentum efficacius est hoc Sacramento, quod nempe dat vitam æternam? Verū quod præterea volueris effectū illius magna ex parte à nobis pendere, id nimie benevolentia argumentum est Si medicina corporales operarentur iuxta intentionem & desiderium infirmi, valde essent efficaces, & ægri omnes valde essent obligatarum auctoribus. Quantum ergo obligati erimus tibi, qui tanto amore nobis procurasti medicinam tam efficacem, tã que salutarem, quæ ex se plus operatur, quàm nos desiderare possumus? O quantum Domine distant philosophia humana leges, à legibus tuæ caritatis? Quis Philosophus sæculi huius vnquam scripsit, aut cogitavit, Regem maiestatis, infinitum omnis perfectionis pelagus voluisse seipsum in cibum relinquere nobis tam vilibus creaturis? Quis sapiens mundi huius animo concipere potuisset vnquam, Deum, gloriæ Dominum, vt hominē sibi copularet, & vniret, voluisse esse eius escam? Sed non ex cogitationes fuere immensæ caritatis tuæ. Eia anima mea impone tandem tot lachrymis finem, nec amplius tuam vilitatem vel imbecillitatem deplora: tres enim dilectæ sorores nostræ, Aduocatæ causam nostram coram CHRISTO egerunt.

Misericordia præsentavit nostram infirmitatem, & auxilium postulavit. Sapientia modum inuenit auxilij obtinendi. Caritas impulit IESVM vt exequeretur. Modus hic est, quod IESVS huius potentissimi Sacramenti beneficio velit nos ita vnire sibi, vt vnum cum ipso efficiamur, hoc enim sine eum recipimus. Agimus tibi gratias cœlestis noster Adam, qui restituiti, quod terrenus Adam destruxit: Ille suo cibo effecit, vt lōgè à Deo recesserimus, vnde nostra nobilitas, fortitudoque nostra, & alia dona spiritualia proficiscuntur. Oro te mi amabilis IESV, vt tam firma & solida sit hæc vnio, vt neque mors, neque vita, neque tribulatio, neque creatura me separet à te Fac Domine, vt totus sim coniunctus tibi, vt cum Apostolo gloriari possim, & dicere, *Viso autem iam non ego, vniuit verò in me CHRISTVS.*

Gal. 2.

VIII. MEDITATIO.

Et exercitium spirituale.

Pro preparatione ad sacram communionem, quando itur ad Ecclesiam.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. Quo die communicandum est summo mane, simulatq; cuiusq; cogita Dominum magno desiderio te in Ecclesia

fia

MEDITATIONES. 57

illa expectare, vt possit in anima tua re-
quiescere. Quare tu instar sponsæ, vt pla-
ceas illi, potius rationē habere debes in-
ternorū ornamentorū animæ, quæ illi in-
primis probantur, q̄ externorū corporis.

2. Eundo ad Ecclesiam per vias, con-
sidera quanta lætitia afficiatur angelus
tuus custos, dum videt te euntem, vt su-
um tuumq; Dominum recipias, eumq;
rogabis, vt tibi adiumento sit ad dignè i-
psū recipiendū.

3. Ingressus Ecclesiam inuoca B. Virgi-
nem, aliūue Sanctū, cui fueris deuo-
tus, vt te comitetur ad recipiendū IES-
VM, qui tuo vult vt hospitiū.

4. Simulatq; cœperis vidēre altare, in
quo est sanctissimū Sacramētum, corde
illi humilē facies reuerentiā, & æstiman-
do te tanta maiestate indignū, dices cum *Luc. 8.*
publicano: *Deus propitiū esto mihi pecca-*
tori.

FRUCTVS

FRUCTVS huius octauæ Meditationis
erit, procurare spiritualē in anima lætitiā
ad recipiendū cœlestē sponsū, nā eius-
modi lætitia ad modum Domino placet.

COLLOQVIVM.

*Flexis ante altare genibus, antequam
communices, hoc vel simile
institues colloquium.*

B 7/ O Benig

O Benigne mihi es, ecquis fauor iste est, quo me prosequeris? nonne ego sum misera illa creatura, quæ toties, tot modis impudenter te offendi? Quid boni in me est, vt speciali inspiratione me digneris attrahere ad tuam sacramensam? Domine, Dauid quidem claudum Miphiboseth iussit venire ad se, voluitque; vt in regia sua mensa pane vesceretur, & tanquam filius regis tractaretur, sed id factum fuit, quod esset filius Ionathæ sui amicissimi, à quo Dauid multis affectus erat beneficijs. Sed tu Domine, si in me oculos conijcias, inuenies me manibus pedibusque; claudum, qui nihil vnquam laude dignum gessi. Si respicias in patrem meum Adamum, inuenies inobedientiam & rebellionem. Quod ergo potentissime Domine, infinitis partibus Dauidem sapientior & potetior, me ingratum terræ vermiculum admittere velis ad pretiosum illum cibum in sacra mensa tua sumendum, res est, quæ nimium me pudefacit, quando non solum non dignus sum adiungere me ad sacrum tuum altare, sed etiam promerui, velut ingratus, nimisque tepidus à te repelli, & repudiari. Ecce Domine, adsum, vt te in animæ meæ domicilium recipiam. Sed heu, ipse sapiens Salomon, cum multis anais, magnis impensis, nobile

2 Reg. 9.

MEDITATIONES, 99

bile exædificasset templum, tamen mirabatur, non dedignari Dei maiestatem habitare in illo: vnde obstupescens, & quasi extra se raptus, dicebat. *Si enim coelum, & coeli coelorum te capere non possunt, quæ 3. Reg. 8. to magis domus hac quam ædificauit? Quid ergo dicam ego, qui duas vix horas impendi in præparanda anima mea? Domine; quandoquidem tibi placet, venire ad capiendam sedem & quietem in anima mea, obsecro te, vt animam meam conuertas in domum orationis Patri cœlesti consecratam, vt in ea requiescas, & ego consolatus cantem cum Propheta, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* *Psal. 22.*

IX. MEDITATIO.

Quando iam iam communicandum est.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. ANTE QVAM COMMUNICES, considera verba à B. Virgine ad angelum dicta, cum in ea filius Dei incarnaretur. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Cum enim tu eundem Dei filium recipere debeas, existimare debes te esse seruum, in memoriam reuocans seruum pendere à suo Domino, vt id solum velit, quod vult Dominus, nõ plus, nec minus.

2. Dum

2. Dum communicas, cogita Dominum ingredi animam tuam, cui honorem & reuerentiam exhibebis, adorando eum tanquam Deum, & amantissimum Dominum tuum.

3. Contemplare deinde te totum circumdatum Angelis, Dominum suum verè sub speciebus panis à te sumptis contentum, adorantibus, omnemq; reuerentiam exhibentibus.

4. Deniq; cogita, te non esse amplius tuum, neque te amplius debere tractare teipsum, tanquam rem tuam, sed tanquam rem Dei.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius nonæ meditationis est, facere firmum propositum, quod velis erga Deum, omnesq; res diuinas esse fidelis, affectus, & diligens, sine quibus proprietatibus nullus seruus Domino suo gratus esse potest.

COLLOQVIVM.

DOMINE, ô quantum submittis te, dum non dedignaris intrare vile anime meæ domunculam. Satis esse debuit amor tuo, nasci propter me in stabulo, & non toties intrare, & remanere in stabulo. O mi IESV amabilis, quod de celo descenderis, vt in B. MARIAE utero quiesceres, non admodum mirum fuit,

INC. 2.

MEDITATIONES: 47

fuit; quia erat uterus virginalis, puriorque purissimis angelis cœlestibus. O sancta Elisabeth, quæ visitata & salutata ab huius Domini matre, considerans eius dignitatem, dixisti, *Vnde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me?* Quid ergo ego dicam, ad quem rex Maiestatis venit infinitis partibus dignior **MARIA**? Et venit ad me, non solum ad me visitandum, sed etiam ad me sibi vniendum & donis cœlestibus locupletandum. O anima mea, quod tua voluntate **IESU** tradideris sceptrum & possessionem tui ipsius, vehementer gaudeo: sed a luerte, te hoc ipso actu obligatū ad inferendum apertum bellum omnibus peccatis, huius Domini tui, cui traditus es, hostibus capitalibus. Nec amplius potes sine manifesto rebellionis crimine aditū peccato dare in domum tuam iam **CHRISTO** consecratam. Considera quoque, conveniens non esse, te, postquam pastus es pane angelorum, deinceps vti cibo bestiarum. Non ignoras sapientem regem **Salomonem** noluisse cōiugem suam regis Pharaonis filiam habitare in domo, in qua arca Dei fuerat: nefas enim esse putabat scœminam progeniem suam à gētilibus Dei inimicis ducentē tam locū sanctum incolere: quantum ergo scelus e-

LUC. 11.

2. Par. 8.

pit. sa.

Gen. 28.

rit, si peccato locus detur ubi versatur
 Deus ipse, & arcæ Dominus. Quod de-
 inde Dominus te in ancillam suam re-
 ceperit, gratia fuit singularis; quare &
 eniti debes, ut omnia illi officia & ser-
 uitia deferas, quæ eius dignitati debentur.
 Reuoca in mentem Iacob Patriarcham
 septem annis seruiisse, ut Rachel acci-
 paret; postquam verò accepit, rursus
 alijs septem seruiisse. Quod tamen tem-
 pus ipsi Iacob, præ amoris in Rache-
 lem magnitudine, breue videbatur.
 Multo autem breuius tibi videri debet
 tempus, quo huic Domino seruias, labo-
 res quoque leuiore, eò quod infinitis mo-
 dis amabilior sit quam creatura. Fœlix
 eris, anima mea, si cognoscas, quid sit
 huic Domino seruire: recordare, quando
 olim vano huic sæculo seruiebas, quot
 subiectus fueris animi perturbationib.
 quot agitatus suspicionibus, quanta in-
 uidia diuexatus, quot cruces peracerbas
 sustinueris. Verum nunc cum huius cœ-
 lestis patroni auxilio, quem hodie susce-
 pisti, omnem huius mundi vanitatem
 & pedibus obterere potes, & passionum
 tuarum, ipsiusque mundi esse do-
 mina, seruire enim Deo
 regnare est.

MEDI-

43
MEDITATIO X.

In preparationem quam docet S. Paulus

1. Cor. II.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA Apostolum in preparatione ad sacram communionem exigere tria. Primum est, ut communicaturus prius examinet suam conscientiam quod significatur his verbis: *Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat.* 1. Cor. II. Et si aduertat eam aliquo peccato mortali, inquinatam, ante communionem confiteatur, lachrymisque ex corde eam abluat & expurget.

2. VULT Apostolus Sacram Eucharistiam accipi dignè, si secus fiat, *iudicium*, inquit, *sibi manducat*: hoc est, qui sine humilitate, vel cum conscientia inquinata, aut prava intentione recipit corpus Domini, reum se facit æternæ damnationis: atque hoc significatur illis verbis: *Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat.* *Ibid.*

3. VULT denique S. Paulus communicantem facere discrimen inter hanc mensam & prophanam, inter hunc cibum cœlestem & communem. Et hoc est, *discrimen* *Ibid.* *iudicare corpus Domini*: qui enim verè credit, in hostia esse CHRISTVM verum Deum & hominem, cum cum omni humilitate

Mat. 8.

militate & reuerentia recipiet, ac ex corde dicet cum Centurione: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum.*

FRUCTVS.

Psal. 50.

FRUCTVS huius decimæ meditationis est, exercere contritionis actus, & ex corde de præteritis peccatis sæpe dolere, quia *cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Deinde magno animi sensu & desiderio à Domino summam animi puritatem postulare clamando cum Propheta: *Cor mundum crea in me DEVS.*

ANNOTATIO.

Luc. 13.

TRIA hæc, quæ Apostolus in præparatione ad sacram communionem requirit, in filio prodigo fuerunt, quando à Patre susceptus est ad manducandum vitulum saginatum. Primum filius prodigus se examinavit, agnitoq; in scælici statu suo surrexit, de erratis commissis, & mala vita ex animo dolens, inde Patrem adiit, se peccasse confessus est, ac promissa vitæ mutatione, & obedientia ei reconciliatus est: quibus actibus designatur confessio.

2. Vestimentis, calceisq; nouis indutus est, & annulo ornatus, quibus ornamentis eæ intelliguntur virtutes, quæ necessariae sunt ad sacram Eucharistiam dignè.

MEDITATIONES. 45

dignè recipiendam, vt fides, amor, humi-
litas, deuotio.

3. Accubuit mensæ, & comedit vi-
tulum saginatum, vbi cognouit vitu-
lum sua causa esse occisum, & quod dis-
crimen aliquod esset inter illam men-
sam & alias.

Hic notandum est, eum qui pecca-
tum mortale commisit, non antè debe-
re sacratissimum CHRISTI corpus re-
cipere, quàm fuerit confessus, etiam si si-
bi videatur contritus. Et si sacerdos ali-
quis impellente necessitate sacrum faci-
at, non facta prius, ob confessoris absen-
tiam, confessione, prima quaq; occasio-
ne confiteatur. Ita sanxit Sacrum Conci-
lium Tridentinum Sess. 13. c. 7. Ac si quis
aliud conaretur docere, prædicare, vel
pertinaciter asseuerare, aut publicè dispu-
tando contrarium defendere, esset ipso
facto excommunicatus, secundum idē
Conc. Trid. Sess. 13. can. 11.

VLT quoq; Ecclesia sancta, ob tanti
Sacramenti reuerentiam, vt communi-
caturus, vel missam celebraturus sit ie-
iunus, hoc est, vt à media nocte antegres-
sa non comederit aut biberit. Ita decre-
tum est, de Consecr. dist. 2. can. liquido.
Excipitur infirmus, quando Eucharisti-
am sumit loco viatici de Consecr. dist. 2.
can. presbyter. COL-

DOMINE etiam si Apostolus tuus nunquam fecisset mentionē puritatis conscientiæ, quæ ad diuinū hoc Sacramentū requiritur, quis non iudicaret te omnis puritatis fontē suscipiendum esse corde mundo & puro? Si sacratissimū corpus tuum iam mortuū inuolutū fuit linteo mundo, & humatū in sepulcro nouo, in quo nullus vnquam reconditus fuerat: quanto potius nunc, cum sanctissimum corpus tuum est gloriosum, recipi debet & deponi in loco mundo? Id benè significauit Propheta tuus, cum dixit: *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Primò enim lauandæ sunt manus, id est, expiandæ malorum operum culpæ, deinde ad eundem altare Dei, ad degustandum panem cœlestem. Verūm ô Pater æterne, quam parum requiris à nobis ad manducandum agnum immaculatum à te de cœlo missum ad nos è seruitute peccati liberandos. Iudæi ad manducandum suum agnum Paschalem, qui erat umbra & figura huius sub accidentibus panis reconditi, procurare debebant vt haberent agnum anniculū, immaculatumq; qui ab eis assus igni cū pane azymo & lactucis agrestibus, reni-

Mat. 27.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Psal. 25.

Exo. 12.

bus

MEDITATIONES. 47

bus succinctis, calceatis, & baculos in manu tenentibus festinanter comederetur. Heu quam graue & molestum hoc onus fuit? Eiusmodi nēpe fuit, *quod, teste Acto. 15.* S. Petro, neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. sed ad manducandum verum agnum, *qui tollit peccata mundi,* in lege *Ioan. 1.* gratiæ non aliud requiris, nisi conscientiæ puritatem & cordis deuotionem. O quam verum est benigne mi IESV quod de tua lege dixisti, *Iugum meum suaue est. & onus meum leue,* Imò tam *Matth. 11.* leue & suaue est, vt si non esset, *qui fingeret laborem in precepto,* vt loquitur tuus *Psal. 93.* Propheta, non mereretur nomen oneris vel iugi. O anima mea, iam vides ad quã pauca te obligãrit Christus, ad dandam tibi in hac vita venerabilis Sacramenti beneficio copiam suæ gratiæ, & in altera vitam æternam. Attende tibi ipsi tantũ, vt quoniam Dominus pro sua immensa bonitate tam facillè reddidit tibi hoc tuum inæstimabile lucrum, non iterum tua negligentia recidas in exitium sempiternum. Considera sedulò, quid agere velis. Non recipere tam benignum Dominum, qui venit ad te suis donis locupletandum, ingens est inhumanitas, & tibi valdè pernicioſa. Recipere verò
cum

eum indignè tua culpa, mera ignauia est, quæ illi iniuriam, tibi pœnam conciliat. Rectius ergo feceris, si imiteris exemplum pauperis rustici, qui intelligens Regem velle quiescere in domo sua, omnia remouet, quæ oculos regios offendere possint, totamq; domum diligenter expurgat. Et quamuis eam non exornare queat pro tanti hospitis dignitate, tamen facit, quantum potest, ad dignè eum recipiendum. Deinde magna festinatione Regi obuiam procedit, magna lætitia eum in domum suam recipit, & intimo affectu pro tanto favore sibi præstato gratias agit. Si ergo pro Domino terreno tanta sunt, quid facies o anima mea regi cœlesti, qui venit non ut tuo sumptu viuat, sed ut sua tibi imperet? labora igitur in expurganda & ornanda tui cordis domo, nam ante suum aduētum præmittit certum hominem, qui peristromatis exornet cubiculum in quo est versaturus, & in aduentu suo dicet tibi: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

XI. MEDITATIO.

De homine deuoto cui Christus in vltima cœna fauorem suum exhibuit.

PUNCTA MEDITATIONIS.

MEDITATIONES.

49

1. IMAGINARE, te fuisse Hierosoly-
 mis, quando à Christo nobile hoc sacra-
 mentum fuit institutū, singulari q̄; fau-
 re te ab eo per Apostolum quendam in-
 uitatum, vt tanto mysterio præsens ad-
 esses. Considera ergo, quanto gaudio ex-
 ultatura fuisset anima tua hoc nuncio,
 quamq̄; celeriter omnibus negotijs post
 habitis eò excursurus fuisses.

2. Imaginare, simulatq; ad cœna-
 culum venisti, Dominum tibi pedes la-
 uisse, & defluentibus in eos lachrymis
 dixisse: Hoc facio, ad eluendas varias no-
 xas in tuū creatorē, ambulando per vias
 iniquas, commissas. Lauo te quoq; ob la-
 bores, quos mei amore in via spirituali
 tolerabis. Considera quot lachrymas
 profudisses, quantum in te ipso pudefa-
 ctus fuisses, quale propositum fecisses
 diuinæ voluntatis in reliqua vita perfici-
 endæ.

3. Imaginare denique, quomodo
 postea te iusserit mensæ accumbere, con-
 iectisque sæpius in te amore plenissimis
 oculis dixerit. Ego te tantis beneficijs
 præueni; deinceps autem cumulabo
 maioribus, tantum perseuera in mea di-
 lectione. Considera qua modestia in
 sacra illa mensa vsurus fueris, quanta
 attentione diuina IESV verba exceptu-
 rus,

C

rus, quale propositum eius consilij sperandi facturus, ac denique quanta deuotione fueris communicaturus.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius XI. Meditationis erit, Domino ex corde agere gratias, roga reque ne te sinat mori ingratum.

COLLOQVIVM.

DOMINE sicut dubium non est illum futurum fuisse excessum amoris & fauoris, ad quem etiam angeli obstupescere potuissent, ita certum est, me etiam obligatissimum futurum fuisse, non tantum ad percurrenda omnium mandatorum consiliorumque tuorum viam, verum etiam ad vitam amore tui profundendam. Verum tunc neque prestantiorem cibum, neque donum nobilius mihi impertisses, quam nunc impertis in sancto tuo altari. Nam in hac exigua hostia, quae mihi porrigitur mirabiliter recondita latet & diuinitas, & anima, & humanitas tua. Si igitur donum idem est, & ex valore doni nascitur obligatio, quis non videt me tibi benefactori meo esse obligatissimum? Quis non videt, me ingrattissimum, aut omnino stultum fore, si tam singularem fauorem non agnoscam? *Aperi te cor, & demon.*

MEIDTATIONES. 51

demonstra quo vinculo redamanda-
 mantem tui IESUVM sis obstrictus. O
 Deus, quam dissimiles sunt rationes a-
 gendi tuæ, ab illis Principum huius sæ-
 culi. Rex Ezechias vt legatis Babylonij *4. Reg. 20.*
 regis magnam demonstraret beneuo- *Isai 39.*
 lentiam, omnes suas opes & thesauros
 illis ostendit, nihil tamen ex illis donans.
 At tu Domine non solum opes tuas o-
 stendis, verum etiam liberaliter nobis ex
 illis dona cœlestia, imò & te ipsum com-
 municas. O amor, O liberalitas. Equi-
 dem non video eor meum, quem ad mo-
 dum compensare possis tantam beneuo-
 lentiam, nisi totum te tradas amori tui
 conditoris; neque enim fieri potest, vt a-
 mando duobus Dominis seruias, sicut *Mat. 6.*
 fieri non potuit, vt in eodem templo i- *Luc. 16.*
 dolum Dagon, & arca Dei consisteret. *1. Reg. 5.*
 Declara itaque cui te adiungere & dede-
 re totum velis, num tuo IESU, qui prius
 se tibi tradidit nascendo in socium & du-
 cem, moriendo in pretium, mensæ accū-
 bendo in cibum, & demum in cœlo tra-
 diturus est in præmium, an vero, obliga-
 tionis tuæ erga ipsum immemor, malis
 te tradere amori creaturæ? Eheu, nimis
 ingratus eris Deo, si te amori creaturæ
 prostituas, nimis duram in ibis seruitu-
 rem, iacturamq; nominis tui facies, si te

amori alicuius creaturæ submiseris. Recordare cor meum, nos creatos esse ad amandum & colendum DEVM. Recordare nos saluatoris nostri gratia, ac huius cibi coelestis beneficio factos Dei filios, & diuinitatis suæ consortes: non igitur rationi consentaneum est, vt te facias vani huius mundi seruum, aut amorem tuum in aliquam transferas creaturam, cum nulla earum, sed nec omnes simul iunctæ possint animum tuum tranquillare. Quære modò, quicquid libuerit: nihil inuenies quod te satiet. nec vnquam acquiesces, nisi amando sedem figas in eo, qui te creauit.

MEDITATIO XII.

Sumpta ex historia de Zachæo

Luc. c. 19.

PVNCTA MEDITATIONIS.

In prima parte, que continet historiam.

1. ZACHÆVS cupidus | videndi
Luc. 19. CHRISTVM, cum, vt erat statura pusillus multitudine populi ab eius conspectu impediretur, ascendit in arborem, vbi CHRISTVS erat transiturus.
2. CHRISTVS transiens misericordibus oculis suis in Zachæum coniectis dixit: *Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.*

1676.

MEDITATIONES. 93

vere. Descendit igitur & totus gaudens illum in domum suam suscepit, existimans magno se beneficio affectum.

3. Iudæi cum viderent CHRISTVM diuertisse in domum peccatoris, obmurmurârunt. Quod animaduertens Zachæus conuersus ad CHRISTVM dicit: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Atque autem IESVS ad eum, Quia hodie saluus domui huic facta est.*

Puncta pro altera parte que continet applicationem.

1. Ut particeps sis salutis, quæ in hoc Sacramento offertur, necesse est teneri desiderio cognoscendi & degustandi CHRISTVM, qui in hostia continetur. Et ad eum cognoscendum primum opus est mentem sursum attollere, & Dei magnitudinem considerare, terram interim pedibus subiectam tenendo, sicut tenebat Zachæus cum staret in arbore, hoc est, procurare, vt negotia temporalia tunc sint sub nobis, & non in capite distrahendo nos in deuotione.

2. Opus est suscipere Dominum nostrum non cum melancholia, vel scrupulorum angore, sed, vt fecit Zachæus,

C 3. cum

cum gaudio, quod nascitur ex vehementi erga hoc Sacramentum affectu.

3. Considera, non satis esse CHRISTVM recipere in domum, & deinde manum in sinum reijcere, sed opus est sacrã communionem ornare bonis operibus, necessitatibus proximorum exemplo Zachæi succurrendo: Et qui ita fecerit, audiet: *Hodie salus domui huic facta est.*

FRUCTVS.

FRUCTVS huius XII. Meditationis erit desiderare & postulare à Deo affectionem ad hoc Sacramentum: à qua nascetur lætitiã spiritualis ad communionem necessaria.

COLLOQVIVM.

O Benigne mi IESV, quam liberalis es erga eum, qui te desiderat & quærit. Desiderio tui tenebatur Zachæus, sed visendi tantum, & tu non solum te visendum ei præbuidisti, verum etiam vocasti eum, & te ipsum inuitasti in domum eius, cui ad cumulandum fauorem salutem impertuidisti. O quam benè de te ait sanctus Prophetas: *Exultent & lætentur super te omnes qui seruent te, & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.* Meritò gaudes Zachæe, quia in domo tua habes illū qui gaudere facit oēs angelos

Psal. 39.

MEDITATIONES. 55

gelos; Gaude modo, & pro nihilo ducas;
 si inuidi iudæi obmurmurent, & te pec-
 catorem appellent, cum præfò sit tibi,
 qui te tueri & iustificare possit. Adiun-
 ge te illi, & ille tibi vice scuti erit, & si-
 mul senties, *quam suavis est Dominus. Psal. 37.*
 ò anima mea tu quoq; causam gauden-
 di habes, & fortè maiorem, quàm Za-
 chæus, cum ad te quoque hodie vene-
 rit fons omnis gaudij & lætitiæ. Audi
 quid Zacharias Propheta ad te dicat:
Exulta filia Sion, iubila filia Hieru- Cap. 9
lem: ecce Rex tuus venit tibi iustus &
Saluator. iubila anima mea, quia Rex
 qui hodie ad te venit, non venit causâ
 exigendi tributi, vel imperandi vestiga-
 lis alicuius, sed saluandi tui, & ab inimi-
 corum insultu defendendi. Ne existi-
 mes maius beneficium Zachæo præsti-
 tum, quàm tibi: nam dum eum reci-
 pis sub accidentibus panis reconditum
 præter magnum fidei meritum indicat
 se venire ad te, non tantùm ad conuer-
 sandum tecum, & impertiendum salu-
 tem, vt fecit domui Zachæi, sed ad se
 tibi vniendum, vt vnum quiddam exi-
 stas cum ipso, qui est huius cœlestis cibi
 effectus. Quis verò non videt, hoc longè
 maius esse beneficium? Eia benigne mi
 Domine, quandoquidem dignatus es

Matt. 27.
Luc. 23.
Ioan. 19. inopem hanc domum meam ingredi, largire mihi gratiam, ne mihi eueniat, quod ingratis illis ludæis, qui in die Palmarum Hierosolymis te magno gaudio & triumpho receperunt; paulò post autem acclamârunt Pilato, *Crucifige, Crucifige eum,* & iniecta in humeros tuos cruce te vrbe eiecerunt. Antè moriar Domine, inò millies moriar, quàm vt te à mereiciam, id enim esset te ex tua domo expellere.

MEDITATIO XIII.

In verba illa Hymni de sanctissimo Sacramento.

Mors est malis, vita bonis, vide par-
ris sumptionis quàm sit dif-
par exitus.

*Sacra communio malis mors, bonis vita
est. S. Thom opusc. 57.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

Matt. 27.
Act. 1. 1. CONSIDERA hoc diuinissimum Sacramentum duos contrarios habuisse effectus. Nam in undecim Apostolis causa fuit vitæ, sed in Iuda ob peruersam eius voluntatem fuit causa ruinae, mortis, & damnationis.

2. Considera Dominum voluisse huic Sacramento talem inesse proprietatem & vim ob vtilitatem nostram, tum, vt Sacramentum hoc non solum a-

marc-

MEDITATIONES. 57

ntaretur, Verùm etiam timeretur, tum
vt Christiani omnes mensam hanc diui-
nam non adirent, nisi cum summa ma-
ditiæ & puritate conscientiæ:

3. Considera damnũ omne ex hoc san-
cto cibo apud indignè communicantes
consecutum, non vitio Sacramenti, sed
malæ dispositionis communicantium *1. Cor. 11.*
contingere Vnde Apostolus ad Corin-
thios. *Ideo, inquit, inter vos multi infirmi
& imbecilles, & dormiunt multi, quia
multi indignè communicant.*

4. Considera, licet vndecim Apo-
stoli (vt affirmat S. Ioannes) essent munda
& puri, nihilominus Dominus vo-
luit illis lauare pedes ad demonstrandam
magnam puritatem, qua sacra Eucharis-
tia recipi debet, vt dicitur vitam commu-
nicanti.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius XIII. meditatio-
nis erit, postulare à Domino sanctum ti-
morem reuerentialem ex amore & do-
no Spiritus sancti nascentem: qui deter-
ret nos, ne diuinam bonitatem offenda-
mus, & cogit, vt à nobis remoueamus,
quicquid huius sanctissimi hospitis oculo-
displacere possit.

ANNOTATIO.

C 5

Mirarij

MIRARI non debemus, si hoc magnum Sacramentum licet ex se admodum salutare, in quibusdam tantum damnum efficiat, nempe afferat mortem. nam idem experimur in rebus naturalibus. Sol sanis salutaris est, capite male affectis noxius. Cibus stomacho bene disposito utilis est, sed stomacho pravis humoribus infecto affert morbos & interitum. Sic medicina suo tempore sumpta salubris est, alieno verò tempore, vel sine præparatione vlla sumpta, exitiosa est. Deniq; quidam Doctor ait: Quemadmodum planta viua bene radicata, radijs solis, cœlique imbribus perficitur & fructifera redditur; sic anima in caritate viuens & in CHRISTO hoc cœlesti Sacramento, gratiaq; quam efficit, radicata, in perfectione crescit, & fructifera efficitur. Contrà verò, si planta aliqua emortua sit, vel vermem aut defectum habeat in radice, aduentu solis citius exarescit, & imbre perfusa marcescit, ac igni idonea redditur. Non secus si Sacramentum incidat in animam, quæ habeat aliquem vermem peccati vel defectum in intentione, potius eam exsiccat, vtnulli alij rei apta sit, quàm igni sempiterno.

CQL.

MEDITATIONES. 50
COLLOQVIVM.

In forma dialogi inter animam &
hominem.

ANIMA. Audebone accedere sacram arcam, & recipere Dominum gloriae? HOMO. Cur non audeas? A. quia sum miserabilis, infirma; & male inclinata. H. ille medicus pariter & medicina est. Ipseque dixit: *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus* A. Sed si adfert mortem timendus est, & longius ab eo recedendum. H. Auctor quoque est vitae, quare amandus est & non fugiendus. Tantum praepara te, vt dignè eum recipias, & tibi erit salutaris, reformidet autem mortem, qui indignè se illi adiungit. A. Si Ioannes Baptista in vtero matris suae sanctificatus se reputavit indignum ad soluendam corrigiam calceamentorum CHRISTI, & Petrus existimans se indignum praesentia CHRISTI dixit, *Exi à me Domine quia homo peccator sum*, quomodo ego misera peccatrix audebo citra poenae aeternae periculum in me recipere meum creatorem? H. Si ille de caelo descendit ad vocandum peccatores, vt daret eis gratiam & iustificaret, cur tu vocantem non sequeris? A. Quis me securum poenae faciet? H. Humilitas & Amor, illa ex-

Matt. 9.

Mat. 7.

Luc. 3.

Luc. 9.

Mat. 9.

1. Reg. 6.

1. Reg. 6.

altabere, hoc præmiabere. A. Heu, si Bethsāmitæ seuerè à Deo puniti sunt ob oculos in arcam coniectos, qua ratione ego audebo suscipere ipsius arcæ Dominum?

H. Bethsāmitæ meritò puniti sunt, quia respexerunt arcam ex curiositate, nec debita reuerentia affecerunt: tu verò si comites habueris humilitatem & amorem

Iob. 26.

non imitabere Bethsāmitas. A. Si Angeli ad huius magni, Domini præsentiam contremiscunt, quomodo tu exigis à me ut ego vilis creatura eum reponā in imis visceribus meis?

H. Tu quoque, si benè consideres maiestatem huius summi regis sub accidētibus panis reconditi, iustā contremiscēdi causam habebis, sed tuus timor nasci debet ex amore, hoc est, ut

timeas offendere Dominum tam amabilem. Itaque ab amore impulsa, & ab humilitate associata progredere longius, & non solum nō offēdes, sed etiam à tuo amabili IESV beneuolè recipiēre.

Mat. 23.

A. Heu agnosco me indignam. H. Cetero quoque se indignum reputabat, ut CHRISTVM in domum suam reciperet. Verum Dominus est, qui facit dignos eos

qui agnita indignitate sua humiliter ipsum accedunt. A. quis nouit, num in me sit aliqua praua dispositio, quæ recepto

hoc diuino Sacramēto, mihi afferat mortem?

MEDITATIONES.

tem? H. si conscius illius es, remoue illas: si non es, da operam vt cognoscas. A. O pie IESV, tuæ infinitæ bonitati confidens: ad te venio, teque obsecro, vt oculos tuos auertas ab ærumnis meis: Si enim *iniquitates obseruaueris, quis sustinebit?* Si autē voles eas respicere, rogo, ne eas respicias, vt Iudex ad puniendum, sed vt misericors: medicus ad sanandum illas. Fac Domine, vt hæ miseriæ meæ cedant in maiore tuum honorem & gloriam, vti cessit infirmitas cæci nati: Si enim me ab illis liberaueris, hoc amplius in me resplendet tua misericordia, quo indignior ego fui, & miserabilior.

Psalm. 29.

MEDITATIO XIV.

In illa verba Hymni, *Ecce panis Angelorum factus cibus viatorum.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, labores & lachrymas fuisse ordinarium hominis cibum, postquam sua culpa eiectus est ex paradiso.

2. Considera statum; in quo versatus fuerit homo existens in deserto luctus & planctus. Erat enim coactus peregrinari per mundum, & securitate ducis, & rerū necessariorum prouisione destitutus. Ita *Matth. 15.* que defectu illius facile aberrasset à via;

C 7 de

defectu verò huius facillè defeciffet.

3. CONSIDERA sollicitudinem amoris plenissimam, quam misericors Saluator de eo habuit; cum ipsemet voluerit esse & dux, & cibus hominis in exilio.

4. CONSIDERA cibum Angelorum non esse alium, quàm Deum Regem gloriæ, quo Angeli in cœlo aluntur, & contèplando perfruuntur. Hunc ipsum cibum amabilis Redemptor noster voluit quoque esse cibum hominis, & idcirco dicit: *Ecco panis Angelorum, factus cibus viatorum.*

FRUCTVS.

FRUCTVS huius XIV. Meditationis erit, exercere amabiles grati animi actus erga Dominum, qui tanto nos fauore prosecutus est, suamque Maiestatem precari, vt ritè cognoscamus, quantum ea de cau si ipsi IESV obstricti simus.

COLLOQVIVM.

FERINE potest Domine, te tanto amore hominem prosequi, vt eam Angelorum cibo pascere volueris?

An possibile est, te huius Angelici cibi beneficium velle vnum quiddam ex te & ipso efficere? Lætamini filij Adam, nec enim amplius in vos conueniet illud Prophetæ dictum, *Fuerunt mihi lacrymæ*

Psalm. 41. meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quo-

MEDITATIONES.

63

quotidie, ubi est Deus tuus? Nam cibus
 vester non sunt amplius lachrymæ, sed ci-
 bus Angelorum. & Deus vester non suc-
 censet vobis, nec longè abest à vobis, sed
 est in specie panis, quam frequenter por-
 rigit vobis. O Spiritus beati, succurrite mi-
 hi, vt tatum meum benefactorem agno-
 scam. O angeli sancti, & vos imprimis Se-
 raphini, docete me, quomodo redem-
 ptorem meum amare debeam, qui præ-
 ter omne meritum meum mihi fauet,
 subministrando mihi in cibum vestrum
 panem. Domine eam ob rem Propheta
 tuus attonitus gloriabatur dicens: Pa-
 nem Angelorum manducauit homo. Et
 loquebatur de Manna ministerio Ange-
 lorum factò. Eia quæ gloria, quis meus
 stupor erit, si possim cum veritate dicere,
 Manducat Dominum pauper, seruus & In hymno
 humilis, ò res mirabilis! Quid rependere
 possum mi benigne IESV, quando quo
 plus amore tui facie, hoc maiori me fa-
 uore prosequeris in commodum meum.
 Ah durum & peruersum cor meum, quo
 modo cum cœlesti vescaris cibo vsque
 permanes terrenum? quando tandem e-
 nuades cœleste? Quomodo, cum alaris ci-
 bo angelico, manes ad cò sensualis, & à
 spiritu alienus? Quomodo ad præsentia
 am IESV, qui tuus est, cibus, & amoris
 flam-

Psalm. 77

In hymno

*Enc. 12.
Col. 6.*

flamma, non inflammari, & colliquescis? An quia constas è terra? O IESU recordare hic, quod alicubi dixisti, *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, nisi ut accendatur?* Accendatur ergo in me, ut terra cordis mei instar ardentis flammæ accensâ feratur in sublime, & quæ sursum sunt quærat, quia tantum res illæ eam possunt tranquillare.

Cap. 13.

O anima mea quomodo fieri potest, ut viuas in tantæ Maiestatis aduentu? Quomodo possibile est, ut ad præsentiam Regis gloriæ non redigaris in nihilum? Heu quid causæ fuit, ut Daniel conspecto angelo, instar herbæ quæ emarcuit, conciderit in terram, sic ut teste Scriptura, non remanserit in eo fortitudo, sed iacuerit consternatus in terra spiritu & facultate loquendi destitutus. Et tu ad Domini aduentum, angelorum conditoris non contremisces?

Cap. 26.

non te commouebis? *Columnæ cæli*, inquit Iob, *contremiscunt & pauent ad minimū nutum huius eiusdem Dei*, & tu manes immota? Ah Domine tu vnus huius rei causa es, quia amor, quem ei demonstras in hoc amabili Sacramento, tam magnus est, ut eam potius ad redamandum lætandumquæ, quàm ad timendum inuiset, cum caritatis proprium sit foras mittere timorem.

1. Ioan. 4.

ME

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA in Ecclesia primitiua, quæ ab Apostolis gubernabatur, frequenter à Christianis communicatum *Act. 2.* esse: à frequentia autem illa promanasse omnem sanctitatem & ardorem Spiritus eius Ecclesiæ certum est. Constat enim, quo consuetudo illa sancta magis magisque elanguit, hoc simul magis feruorem ac sanctitatem populi Christiani immutatam fuisse.

2. Considera, quomodo hoc nostro sæculo, quo rursus excitatus est frequens usus suscipiendi hoc venerabile Sacramentum, & maior erga illud religio, in hominibus quoque illud frequentantibus cerni ampliorem pietatem, & vitæ perfectionem, Ecclesiamque multis nouis & sanctis religionibus ac sodalitatibus auctam.

3. Considera, cum hoc diuinum Sacramentum sit animæ cibus, quo ipsa roboratur & sustentatur in vita spiritali, manifestè consequitur, quo anima sapius hoc cibo alitur, eo robustiorem, perfectioremque in vita spiritali reddi.

4. Considera quoque, cum hoc celeste

leste Sacramentum sit omnis perfecti-
onis & sanctitatis fons, suosque saluta-
res effectus omnibus dignè communicā-
tibus communicet, certū esse, quo quis
communicat crebrius, hoc amplius eo-
rum effectuum participem reddi. Atque
ideo omnes sancti Patres nos ad frequen-
tem communionem hortantur.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius xv. Meditationis erit,
firmum propositum facere attendēdū
non solum ad præparationem dignam,
verū etiam ad communionem frequē-
tem; qualis enim illa erit, talis erit & fru-
ctus huius. In præparatione procurādu-
s in primis est amor solidus, qui cōmmuni-
onem gratam Deo reddit.

COLLOQVIVM.

QVAENAM hæc gratia dulcis Iesu
qua me afficis? nec enim tantum
mihi dignatus es pretiosam auri-
fodinam in Ecclesiæ sanctæ agro existen-
tem, thesaurum nempe absconditum,
pro quo homo, qui eum inuenit vendit
omnia quæ habet, ut emat agrum illum,
patefacere: verum etiam crebrius me in-
uitas ad effodiendum tā pretiosum the-
saurum, ut dites animam meam. Quod
verò me in summam admirationem ra-
pit, est quod ad obtinendum agrum, &
ef-

MEDITATIONES. 67

effodiendum thesaurum, quoties voluero, tantam commoditatem addideris, vt non opus sit mihi quidquam rerum mearum diuendere. Benedictus sis mi Saluator, quod ad maius meum bonum gloriosum corpus tuum sub accidentibus panis recondere volueris, vt ad illud gustandum sæpius reuerterer, diceremque cum Isaia; *Verè tu es Deus absconditus.* Domine, si ad consequendum hunc diuinum thesaurum ordinasses dura ieiunia, peregrinationes longas, sanguinis profusionem, aliasque asperiores pœnitentias, omnes hi labores & afflictiones meritò tolerari debuissent, ad tuum sacrum corpus vel semel delibandū. Sed, ô caritas inaudita, maluisti facilem & delectabilem aditum facere, vt frequentius ad hanc aurifodinam redirem. O Adame, quanto præstantior est posterorum tuorum conditio, quàm tua? Sed gratia benigni & liberalis IESV id factum. Tu pulsus es ex paradiso, & ne in illum redires ad manducandum de ligno vitæ, & viueres in æternum, à iusto DEO *v. Gen. 3.* nus è Cherubinīs flammeo gladio armatus ad custodiendum illum constitutus est. Verùm nos filij agentes in paradiso Ecclesiæ sanctæ, non solum non arce-
mur ab Angelo gladio flammeo, sed ab

AA-

angelorum Domino amoris flamma in-
uitamur ad degustandum sepius fructus
arboris vitæ, imò ad recipiendum illum,
qui omnem vim arbori vitæ indidit, que
vitam dat felicem & æternam; sic enim il-
le nos inuitans promisit: *Qui manducat,*
inquit, meam carnem, viuet in æternum.
O anima mea expergiscere aliquantulū,
tuumque Deum magnifica, *quia fecit ti-*
bi magna qui potens est. Non vides eum,
ad te ditandum, factum esse thesaurum
tuum? reuere te modò crebrò ad eum ef-
fodiendū, cum enim pretiosus thesaurus
sit, desiderio tuo faciet satis; & cum in-
finitus sit, nunquam deficiet.

Ioan. 6.

Luc. 1.

MEDITATIO XVI.

*Qua est secunda de frequenti com-
munionem.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA. Dæmonem ferre non
posse huius salutari Sacramenti usum: no-
uit enim quātum valeat ad consequendā
beatitudinem, è qua ille sua superbia ex-
cidit: odit quoque illum, quia in eo re-
præsentatur passio, cuius vi victus est &
exutus tyrannide, quam exercebat in uni-
uersum genus humanum.

2. Considera his de causis Dæmo-
nem varijs modis & artibus laborare, vt
homines à frequenti cōmunionem abstra-
hat.

MEDITATIONES. 69

hat. Vnde nos possumus colligere, quàm salutaris sit animæ nostræ crebrior huius sancti panis vsus, quando constat eum satanæ, capitali bonorum nostrorum hosti tantopere displicere.

3. Considera, cum natura nostra ex se infirma sit, & ad malum præcliuis, acideo à Dæmone sæpe incitetur ad malum, optimum remedium esse, frequenter communicare. Proprium enim huius Sacramenti est, præbere animæ vires ad expugnandas quascunque tentationes; vnicuique eam CHRISTO, omnium bonorum duci & normæ, ad omne opus bonum dirigere, quemadmodum liquet in ijs omnibus, qui sæpe, & dignè communicant.

FRUCTVS.

FRUCTVS, qui hauriri debet ex hac XVI. Meditatione, erit, postulare à Deo fortitudinem aduersus hostem tam callidum; deinde exercere actus humilitatis, quæ & dæmonis fraudes patefacit, & cum in turpem fugam conijcit.

COLLOQVIVM.

I AM vide bone IESV quot modis hostis infernalis conetur me à tua diuina mensa absterrere, nunc me tentat in fide huius sanctissimi abditissimi que Sacramenti, nunc me excruciat seru-
pu-

pulis: nonnunquam me retrahere contendit ob varios humanos respectus & mundi districta; aliquando etiam spe maioris, vel commoditatis, vel deuotionis suspensum relinquit. Et si hac via eius conatus non succedant, operam dat, ut queatur caro permolestam & grauem sibi esse tantam sacre communionis frequentationem. O anima mea, si amabilis Iesus non lateret tectus in sancta hostia, aut si nobis utile non esset crebrius hoc sacrosancto pane pasci, procul dubio demon molestus nobis non esset, imò exultaret, nos temporis in hac re iacturam facere. Verum malignus non ignorat, quis sub accidentibus panis lateat, probeque nouit, quem fructum inde recipiamus, & idcirco inuidia, odioque in nos ardens, conatur nos remorari. Et tu caro peruersa & impostrix, quid obstrepis? Fierine potest, ut noxijs tuis perfruare illecebris, te omnes contemnere ærumnas, nullumque defugere periculum? ac, ut animæ tam facile & salutare exhibeas antidotum, te grauius ferret? lam vide Domine, quæ bella salutis meæ hostes mihi moueant. Ad ineundum pugnam non aliud à te postulo, quàm quod postulauit & obtinuit tuus Iob, *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus*

MEDITATIONES. 71

pugnet contra me. Sta à partibus meis Domine, & securus ero, nullus me ab huius cœlestis Sacramenti retardabit frequentia. Oro te igitur benigne mi IESU, vt sicut mihi bonitate tua inspirasti, vt hunc pretiosum cibum degustare inciperem, sic mihi largiaris gratiam deinceps, cum cum iucunda perseuerantia frequentandi. Fac Domine, vt ne huius sanctissimi Sacramenti mihi memoria excidat: alioquin, scio, cor meum languescet, & cogar cum mœrore & dolore cum Propheta dicere, *Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum* *Psalm 162.*

MEDITATIO XVII.

Qua est tertia de frequenti comunione.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA Redemptorem nostrum non sine causa hoc Sacramentum sub specie panis instituisse: vt, nempe, indicaret, nos eo sæpius vti debere. nam vt panis communis, sæpius comestus, vitam conseruat temporalem, sic sanctissimum Sacramentum cōseruat vitam spirituales. Et de hoc pane multi sancti Doctores intelligunt illud, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* Si enim raro sumitur, quomodo est quotidianus? *ENC. II.*

2. COM-

2. Considera frequentis communio-
 nis beneficio hominem verè fieri deu-
 otum & spiritualem. Nam in ea, præter
 quam quod sacramentum vi sua opere-
 tur, interuenit quoque præparatio, quæ
 consistit in exercitio virtutum, vt fidei
 contritionis, orationis, castitatis & simili-
 um; quod exercitium si frequētetur mu-
 ltas ex se procreat virtutes, sic vt corpus
 reddatur castum, & obsequens animæ,
 anima Deo. Atque hoc est esse deuotum
 & spiritualem; quod non consequimur
 si rarò communicemus.

3. Considera, recipere CHRISTVM
 in Sacramento cum præparatione debita,
 non esse aliud, quam venerari illum
 & magno in pretio habere: Qui ergo cre-
 brius communicando eum recipit, cre-
 brius quoque eum honore diuino affi-
 cit & veneratur. Qui verò honorauerit
 CHRISTVM in terra, honorabitur vicissim
 à Patre coelesti in cælo. Et hoc spectabat
 sanctissima Dei Mater, quæ, (vt quidam
 sancti Patres asseuerant, & nos breui di-
 mus) sæpe communicabat.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius XVII. Meditationis
 rit, petere à Domino, vt sicut panem ter-
 renum nunquam fastidit stomachus, si
 cibum cœlestem nunquam fastidiat ani-
 mus.

COL

MEDITATIONES. 73
COLLOQVIUM.

QUID agam mi dulcis IESV, duo enim potentissimi capitanei valde me oppugnant, Timor scilicet & Amor. Timor menti obijciens excellentiam huius augustissimi Sacramenti, facit, vt retrò pedem referam. Amor verò commonstrans vnionis præstantiam, quam admirabile hoc Sacramentum tecum conciliat, iucundo quodam desiderio me impellit, vt in conspectum venire audeam. Heu quid agam, si à timore victus longiùs à tua sacra mensa recedam? cum verò tu dixeris: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*, quomodo viuere potero ego, sine hoc viuifico & salutifero cibo? Si autem ab amore vincar, tamen audax ero, vt sine timore recipiam Sacramentum tantæ maiestatis? & cum non sim dignus illud respicere, quomodo dignus ero recipere? Quid ergo faciam o mi Saluator? Sat scio, alterum sine altero tibi non placere: cum enim Pater *Mat. 1.* noster sis, tibi vtique debetur amor, & cum item Dominus sis, timor & reuerentia. Quare statuo vtique operam dare, vtrunque in meum comitatum recipere. Amor efficiet, vt veniam crebrò, & perlibenter, Timor vt reuerenter, &

D cum

cum diligenti præparatione. Et tu
 clementissime Redemptor, quando qui-
 dem dignaris me toties ad tuum sacrum
 inuitare conuiuium, age, vt duo hi capi-
 tanei non me deserant. Eia cœlestis Pa-
 ter, quoniam tot beneficijs me tibi de-
 uinxisti, totque amoris vinculis ligasti
 obsecro te per amorem illum, quo sem-
 per vnigenitum & dilectum filium tu-
 um es profectus, non velis me ita liga-
 tum relinquere, sed potius ad filium tu-
 um pertrahere, quandoquidem per O-
 seam Prophetam illum mihi promisi-
 sti, quando dixisti: *Traham eos in vin-
 culis caritatis.* Recordare quoque
 Saluator, te promississe hanc tractionem
 cum diceres. *Ego si exaltatus fuero à ter-
 ra, omnia traham ad meipsum.* iam Do-
 mine es exaltatus, reliquum est, vt nun-
 quoque cor meum trahas ad te, quod
 cum non inueniat vbi quiescat colum-
 bæ instar, reuertitur ad arcam salutis.
 Cæterum, si tu Domine sanctam ma-
 num tuam non porrigas, eamque ad te
 intra arcam non attrahas, remanebit fo-
 ris, & facile putidis huius vitæ aquis sal-
 focabitur.

Cap. 11.]

Ioan. 12.

Gen. 3.

MEDITATIO XVIII.

*Qua est quarta de frequenti Com-
 munionis*

PVN

MEDITATIONES. 75

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, cum hoc Sacramentum inter maxima beneficia à Deo nobis in hac vita præstita numeretur, nulla re nos ingrati animi notam magis effugere, quàm crebra communione: nam præterquam quod ea sit benefactori gratissima, sæpe quoque eius renouatur memoria, quod ille quoq; fieri desiderauit, dicens, *Hoc facite in meam commemorationem.* 1. Cor. 11.

2. CONSIDERA, intermissionem frequentis communionis (si opportunitas non desit) ferè prouenire ex defectu amoris. Fieri enim non potest, ut quis uerè amet CHRISTVM, & non sæpius eum recipiat; desiderat enim à nobis recipi, & proposita vitæ æternæ promissione ad recipiendum te inuitat. Luc. 22. Ioan. 6.

3. CONSIDERA proprium esse gratiæ in hoc Sacramento conferri solitæ unire se cum CHRISTO; unde quo quis crebrius eum recipit, eò maiorem consequitur gratiam, & suo conditori arctius coniungitur. Quare, nescio, an quid in hac vita mortali præstantius exoptari queat.

FRVCTVS.

FRVCTVS huius XVIII. Meditationis erit, desiderare, & à Domino impetrare.

D 2

tra-

trare internam affectionem & deuotionem ad hoc diuinum Sacramentum; ex affectione enim spiritali oritur perseverantia ad illud frequentandum.

COLLOQVIVM.

LÆTARE anima mea, quia habemus Dominum in donando liberalissimum, & in exigendo parcissimum. Lætare, quia magnificentia & misericordia Saluatoris fortiter pro nobis depugnarunt. Magnificentia efficit, vt Dominus in cœlestium suorum thesaurorum amplitudinem inopiam que nostram respiciens, liberaliter nobis subuenerit. Misericordia verò obtinuit, vt idem Dominus, paupertatis & infirmitatis nostræ misertus, parum à nobis exigeret. Quis enim vnquam estimasset, Dominum tantæ maiestatis. post toleratos tantos pro nobis per omnem vitam suam labores & ærumnas, nullo suo commodo, sed tantum puro erga nos amore iacitatum, voluisse esse nostrum cibum? Cui in mentem vnquam venire potuisset, eum pro compensando tanto munere non gemmas non aurum, non aliud quidquam, quo sudore vel labore comparari posset, exigisse, sed cum se nobis in cibum dedisset id tantum postulasse, vt sæpius eo nos

MEDITATIONES: 77

ficeremus? O liberalitas immensa, & caritas infinita: Age anima mea, ne amplius contremisce, etsi enim cum donis cre-
Matth. 26.
 scant debita, quoque donum nobilius in nos collatum est, eo grauius abominandæ ingratitude flagitium reddatur, amabilis tamen Iesus sua gratia nos hoc periculo liberauit, non exigens à nobis, nisi rem perexiguam & facilem.
 Quod Domine non est aliud, quàm omnino me pudefacere. Nam sæpe te in hoc venerabili Sacramento sumere, non solum facile est & delectabile, verùm etiam in utilitatem meam ampliorem redundat, vt & maiorem gratiam in terra, & maiorem consequar gloriam in cælo.
 Quid verò hoc aliud est, quàm cumulare beneficium beneficio? Quid autem me fiet Domine, qui pro tot beneficijs nihil rependo, nisi ingratitude? qui pro tam pretioso cibo, quo ex gratia tua me alis, non reddo nisi fel & acetum? Merito profectò ad meam confusionem obijcere mihi potes, quod olim apud Isaiam obiecisti populo Irahel: *Quid est quod debui ultra facere vinea mea, & non feci eis? an quod expectaui vt faceret vinas, & fecit labruscas?* Confiteor mi benigne Domine, me per ingratitude meam omnia mala, quæ ingratae tuæ vineæ is-

Isa. 44. rachel comminatus es, promereri. Verum memento pic iESV, quam carè tibi vinea illa constiterit: triginta siquidem annorum ærumnis illam plantasti; sudore, lachrymis, & pretioso sanguine tuo irrigasti. Quod si nunc negas pluuias de cælo, & sepem euertis, accurret mox aper de sylua, eamque totam conculcabit & exterminabit. Sed potius tu Domine ingrediaris in illam, & visitando perfice eam, quam plantauit dextera tua.

MEDITATIO XIX.

De defectibus quibusdam, qui fructum communionis impediunt.

PUNCTA MEDITATIONIS

1. CONSIDERA, præter peccatum mortale, esse alia impedimenta, quæ et si non tollant, imminuunt tamen huius Sacramenti fructum, vt est, paulò ante communionem tractare negotia, vel nimis familiariter cum alijs conuersari, quod etsi malum non sit, tamen collectionem animi ad hoc tantum mysterium requisitam tollit. Quare & tales non experiuntur illum sensum & voluptatem spiritualem, quam Deus in comunione largiri solet.

2. Impedimentum quoque est, adire sacram mensam, nulla prius reflexio

MEDITATIONES. 79

ne in seipsum facta, non considerando quò eat, quid intendat, quem sit recepturus, quam præparationem afferat. Et quoniam in quouis nostro negotio, circumspicimus omnes eius circumstantias, conueniens est, vt ad huius quoque negotij diuini, & ad animæ salutem spectantes circumstantias attendamus.

3. Denique impedit, quando homo mox à communionem, aut colloquijs habendis, vel negotijs tractandis se tradit, sic enim facilè ardor ille spiritualis in communionem perceptus euanescit.

Et fit quodammodo Sacramento iniuria. Sicut enim magna inurbanitas esset, Principem virum excipere in domum, & postea eo deserto solo, egredi foras; sic profus facit, qui mox post communionem, miscet se aliorum colloquijs, siue recreationis, siue negotiorum causa.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius XIX. Meditationis erit, dolere de dictis defectibus, cum proposito se emendandi.

COLLOQVIVM.

AN non vides anima mea, quàm parum exigat à te Dominus, vt particeps has tam eximij & salu-

D 4 ta-

taris fructus venerabilis Sacramenti:
 Tuum est adire cum deuotione & atten-
 tione animi, id enim ille postulat à
 te. Recordare, DEVM cum in mon-
 te collocaturus esset cum Moÿse, man-
 dasse, vt nullus, ne homo, nec bestia
 accederet montem, ne Moyses aspectu a-
 licuius creaturæ distraheretur. Imò, vt
 maiore attentione & collectione animi
 vteretur, totus mons magna, obscuraq;
 nube fuit contectus. Haud secus anima
 mea, fac, vt ad sanctum altare, vbi Deus te
 expectat, nulla tecum creatura veniat,
 quæ te à deuotione & attentione distra-
 hat, cum non solum colloqui cum Deo
 sed etiam ipsum recipere debeas. Ac per-
 suade tibi, nunquam te ab eo verè exo-
 ptandam & adamandam esse, nisi ad-
 eundo hanc sacram mensam omnium
 rerum creaturarum prorsus obliuiscaris, &
 solius Dei creatoris tui recorderis. Au-
 di quid tibi regius Propheta dicat: Filia,
 postquam oblita fueris populi tui, & do-
 mus patris tui, *tunc concupiscet Rex decorem tuum.* Et meritò Domine, quia cum
 tu sis summa bonitas, & infinitè amabi-
 lis, non conuenit te singulari amore
 complecti animam illam, quæ nimium
 dedita creaturis, neque liberè ad te re-
 currit, nec toto cordis affectu te quaerit.

Exo. 19.

Psal. 44.

MEDITATIONES. 31

nit. Verum quid agam Domine, vt con-
fuar deuotam hanc attentionem? mens
enim mea ex vulnere semel in terrestri
paradiso accepto, ita mansit inordinata
& inquieta, vt saepius contra volunta-
tem meam extra domum vagabunda
oberret. Quid faciam, quando infernalis
ille hostis, vt me a te, tua que sacra mensa
auellat, tot cogitationibus terrenis caput
meum obturbat, vt cor meum non pos-
sim in te firmiter defigere?

Jam vides clementissime IESV, quo
in statu verser, nempe natura imbecillis,
& rebus terrenis sic inuolutus, vt nisi mi-
hi succurras, huius sacrosancti cibi cofor-
tatione sim cariturus. Aduua quæso tua
sancta gratia infirmitatem meam, om-
niaque remoue obstacula, vt faemlici fal-
conis instar ad tuum sacratissimum cor-
pus, quod voluisti mihi dare in cibum,
aduolem.

MEDITATIO XX.

*De sanctissimo Sacramento quando infir-
mis datur pro viatico.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONSIDERA, inter effectus huius
coelestis Sacramenti numerari impo-
nis illum, quod fortes in perferendis

D 5. 1687

tentationibus reddat eos, qui dignè illud recipiunt. Vnde & olim dabatur ijs, qui rapiendi erant ad martyrium, vt in CHRISTI confessione essent constantes. Et quoniam in discessu ex hac vita ad alteram Dæmones solent nos varijs exagitare tentationibus, idcirco Ecclesia sancta nos corroborat sanctissimo sacramento, ne excidamus vita æterna.

2. Considera illud quoque prodesse ad comparandam corporis sanitatem, cū salutis animæ ita expedit: si enim ad solidum vestium CHRISTI contactum multi receperunt sanitatem, quid non poterit facere ipse CHRISTVS animam egri ingressus?

Matt. 9. 8.

3. Considera deniq; cūm CHRISTVS hoc sanctissimum Sacramentum instituit pro spiritali animarum nostrarum auxilio, cogitandum est, quo maiori necessitate laboramus, vt in grauib; & periculosis morbis, hoc efficacius suos salutares effectus exercere: cūm proprium sit Domini in hoc sacramento reconditi, vbi promptius succurrere, vbi maior occurrit necessitas.

FRUCTVS.

FRUCTVS huius extremæ Meditationis erit, grati animi actus amoris ple-
mos exercere, agendo ex corde gratias
De

MEDITATIONES. 83

Domino pro sollicitudine quam gessit in subueniendo nostris necessitatibus spiritualibus per hoc amabile Sacramentum.

ANNOTATIO.

ANOTANDVM hoc loco est, sanctissimum hoc Sacramentum accipi debere pro viatico, quoties periclitamur de vita: nec expectandum est, dum æger fuerit semimortuus, vt nec deuotionis, nec contritionis actus vllos exercere queat. Hoc enim Sacramentum ob adiunctam nostram contritionem & deuotionem longè efficacius operatur.

2. Priuilegium huius Sacramenti est, quando pro viatico sumitur, vt quauis hora etiam à non ieiuno accipi possit, q̄ concessit Ecclesia, *De Conf. d. 2. can. liquido. & can. presbyter.*

3. Si morbus sit diuturnior, potest æger post communionem nomine viatici factam, sæpius pro sua deuotione communicare, sed ieiunus à media nocte antegressa vti suprà, in Meditatione 10. dictum est.

COLLOQVIVM.

EXPERGISCERE anima mea, & contemplare nouum fauorem & beneuolentiam, quate benignus

D 6 IESVS

IESVS profequitur, ex qua noua obligatio in te nascitur. An non vides, quo tempore tibi in extremo hoc conflictu certandum fuit cum salutis tuæ hostibus, eum sponte, dum non vales ipse ad confortandum te cibo cœlesti adire eius sanctum altare, venire ad te? O amoris plena humilitas. Meritò causam exultandi habes anima mea, quod Dominus Maiestatis dignetur venire ad te, vt te confortet, tuusque sit socius, tum in hoc vltimo insultu, quem tibi facient dæmones, vt te captiuum abducant; tum etiam in excessu ab hac vita ad alteram. Persta modo in bona voluntate; licet enim imbecillis sis & infirma, ac inimici potentes, tamen post receptum robur huius sacrosancti cibi dicere poteris: *Omnia possim in eo, qui me confortet*. Conijce omnem spem tuam in IESVM, & ab ijs neque vinci, neque pude fieri poteris: Probè nosti mortui hominis cuiusdam corpus, tactu solo corporis Helizæ vitæ restitutum fuisse. Si ossa mortui Prophetæ tantam vim habuerunt, vt hominem à morte reuocarent ad vitam, nec latrunculi rei miraculo attoniti mali quicquam agere ausi fuerint. Quid non faciet viuum & gloriosum corpus IESV ingrediendo in te? Non dubito, quia maiorem vim in te

Phil. 4.

4. Reg. 13.

MEDITATIONES. 85

exeret, cum sit Deus omnipotens, & Dominus vniuersi: dæmonesque in eius præsentia vincentur & confundentur: O sancte Daniel doce me, quemadmodum *Cap. 14.*
 amabili Domino meo gratiam referre debeam, qui videns me in hoc lecto à leonibus infernalibus obsessum, & cibi egentem, non per Prophetam Abacuc, aut per angelum cœlestem mittit mihi prædium, sed ipse met. venit, prandiumque apponit, non messorum, nec hominis vilius opera, sed à Deo ipso pro suis dilectis instructum, qui de spiritu metent vitam aeternam. O MARIA Domini mei *Gal. 6.*
 mater, ô angele custos, ô reliqui Sancti patroni mei, quandoquidem nec noui, nec valeo gratias rependere huic meo cœlesti benefactori congruentes, agite quæso ei meo nomine gratias. Et tu anima mea, ne cessa magnificare Dominum, *Luc. 1.*
 quia fecit tibi magna qui potens est. Nosti te ab eo amatum non solum in fine suo quando migraturus ex hac vita ad Patrem, pro te tantum instituit Sacramentum, sed etiam sigillatim in fine tuo, *Ioan. 13.*
 quando tibi migranti ex hac vita, se tradit in cibum & socium. O amor sine mensura, Domine, quoniam in hoc sæculo nihil excellentius vel optare, vel accipere possum, superest, vt exclamando

D 7 cum.

cum sancto sene Simeone postulem,
*Nunc dimittis seruum tuum Domine in
 pace, quia viderunt oculi mei salutare tu-
 um. Exurge anima mea, conuertere in
 requiem tuam, quia Dominus benefecit
 sibi Reuertere tantum ad tuum creato-
 rem, in illo enim talem pacem inuenies
 vt dicere possis. Hæc requies mea in sæcu-
 lum sæculi.*

DIALOGVS

De sanctissima Communione, inter
 hominem mundanum & spi-
 ritualem.

*In quo disputatur, siue melius sapius com-
 municare, an à communionis abstinere: e-
 sso, quod vtrumq; citra culpam fiat,
 illud ex amore & deuotione:
 hoc ex humilitate &
 reuerentia.*

MUNDANVS. Nescio certè quis sit
 frequētis cōmunionis fructus,
 video enim te ijsdem vitijs ma-
 nere obnoxium, sæpe indignari, semper
 minari **SPIRITVALIS**. Mihi verò
 certè constat quosdam frequentis com-
 munionis beneficio vitia sua extirpa-
 se, & mores prauos correxisse: egoque
 nisi communicarem crebrius, procul
 dubio

MEDITATIONES. 87

dubio indies deterior effectus essem, & forte hac hora in flamma inferni arderem. **MUNDANVS.** Vnde tibi constat, te fore deteriorem? **SPI.** quia experior, me dum tempus communionis instat, magis mihi esse præsentem, studiosius à peccatis etiam leuibus abstinere: **Contrà,** quando tempus communionis longius abest, non sum ita mente collectus, in deuotione quoque languesco, & proliuis sum ad leuitates & nugas. **Quod** si nulla alia animæ utilitas accederet, sola tamen mihi satis esse ad hoc diuinum Sacramentum frequentandum deberet. **MVND.** Ego verò non parum vereor, ne si toties Domini mensam ad eam amoris simul & timoris iacturam faciam, id enim ex nimia frequentia & familiaritate solet contingere. **SPIR.** Imò contrarium omninò accidit: Si enim ex familiari consuetudine, & frequentia communionis detegeretur aliqua illius imperfectio, iusta causa esset amoris timorisue erga eum imminuendi, vt vsuuenit in rebus humanis. Verum id non fit: cum enim ipse sit infinitum quoddam omnis perfectionis pelagus, quo quis frequentiore eius consuetudine vititur, hoc bonitatem omnesq; perfectiones suas yberius declarat, efficitq;

vt æquè amor & deuotio, ac reuerentia erga suam diuinam maiestatem incrementum sumat. MVND. Vtut sit, experientia quotidiana docet, frequentationem rei quantumuis optimæ gignere fastidium & nauseam. SPIR. Id verum est in rebus temporalibus, & voluptatibus sensualibus, verum *in spiritualibus delitijs*; vt benè obseruauit S. GREGORIVS. *saturitas appetitum parit*. Tunc enim plus cognoscitur earum bonitas, atque idè quo firmiter possidentur, hoc expetuntur ardentius. Vnde & sapientia diuina, *Qui edunt me, inquit, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.*

Eccl. 24.

1. Cor. 11.

MVND. At B. Paulus ait indignè communicantem, æternæ damnationis reū reddi: si autem tu quaque Dominica communices, signum est, quod te æstimes dignum: nōne hæc manifesta est superbia? quare & indignè communicas. SPIR. Quasi verò rarè communicare faciat hominem dignum non est ita. Sed audi. Si eum dignum voces, qui perfectione æquet dignitatem Sacramenti, liquet, nullam creaturam, licet sanctissimam, imò nec omnes simul iunctas dignas fore hoc Sacramento. Et si talis dignitas esset necessaria, nemo communicare posset, quia nemo peruenire potest.

MEDITATIONES. 39

est ad perfectionem parem Sacramen-
to. Sed neq; vt quis dignus sit, opus sit
vt ad excellentem quandam perfectio-
nem venerit, aut rara virtute sit prædi-
tus; nam ipsa Sacramenti frequentatio-
ne hæc acquiruntur. Vt igitur homo di-
gnus sit, secundum Apostolum S. Pau-
lum satis est, vt eam præparationem af-
ferat, qua DEVS contentus est, hoc est,
vt prius conscientiam suam examinâ-
rit, doleat de peccatis commissis, eaque
sacerdoti confiteatur. Hac præparatio-
ne accedere ad sacram communionem,
non est superbia. **MYND.** Hoc si satis est,
cur ergo sancti quidã ex tanti Sacramenti
reuerentia recusarunt Sacerdotium, vt
Sanctus Franciscus, & Marcus Anacho-
reta sibi digitum abscidit, vt esset ad i-
dem inhabilis. **SPI.** In Sanctis varia
Spiritus sancti dona extiterunt, ex qui-
bus quoque varij sunt consecuti fructus,
omnes quidem laude, sed non imitatio-
ne digni, Quod sancti illi Sacerdotij
dignitatem per humilitatem abnuerint,
benè fecerunt: sed & alij, qui vel ex de-
uotione, vel obedientia, vel alium ob fi-
nem bonum facti sint Sacerdotes, & quo-
tidie celebrent sacrum, etiam benè fece-
runt, Deinde illi Sancti à dignitate qui-
dem Sacerdotij abstinuerunt, sed non à
fre-

Año. 2.

frequenti, de qua nos loquimur, communione. Consuetudo enim ea vetustissima est, cū qua & Ecclesia Christi primum, vt Lucas Euangelista narrat, nata est. MVND. Sed in primitiua Ecclesia magnus erat Christianorum ardor: qui cum in nobis nunc non sit, securius videtur abstinere à frequenti communione: si enim secus fiat, periculum est, ne non ita dispositi ad sæpe communicandum accedamus, ac deberemus. Securior autem via potius tenenda est, quàm minus segura. SPI. Immo id ipsum, quia videlicet abest à nobis ardor tantus, impellere nos deberet ad salutare hoc Sacramentum frequentandum: eius enim beneficio & incalescere atque etiam inardescere possemus: potius enim adiungere se debet igni, qui frigidus est, quàm qui calet, ac quoties quis confessus est, & bonam intentionem habet, nullum superest periculum, ac proinde securè potest ab eo vsurpari sacra communio. MVN. non semel audiui Sacramenta à Christo instituta tanquam medicinas; at medicinis nō vtimur frequenter. Spi. Si homo rarò spiritualiter ægrotaret, valeret tuum argumentum. at cum natura nostra sit imbecillis, sæpeq; labatur, (*Septies enim in die, inquit ille, cadit iustus*)

MEDITATIONES.

iusus) sæpe quoq; opus habet auxilio
 sacrae medicinae. Ad hæc, cum hoc Sacra-
 mentum valeat ad depellenda omnia
 mala futura ab anima, melius est præue-
 nire infirmitatem, quàm semel contra-
 ctam curare. Deniq; magnum discrimen
 est inter medicinas corporales & hanc
 spiritualem: illæ enim tantum à corpo-
 re depellunt morbos, & sæpe cum malis
 humoribus adimunt & bonos: at hæc
 apportat animæ gratiam, fortitudinem,
 aliâque cœlestia dona, & ideo illæ raro,
 hæc sæpius vsurpanda est. Adde non si-
 ne causa medicinas corporales plerunq;
 esse amaras & fastidiosas, vt quoad fieri
 potest rarissimè illis vtamur, at hæc sua-
 vis est, & delectabilis, & ideo Deus vult
 eam crebrius à nobis sumi. **MUND.** An
 tu potes negare, abstinere à sacra cõmu-
 nione ob tanti Sacramenti reuerentiam
 esse actum bonum, & virtuti consenta-
 neum? **SPIR.** Non inficior esse bonum.
 Sed id dico, frequentare communionem
 ex deuotione, & desiderio vniendi se cū
CHRISTO, esse actum meliorem, quia
 hic nascitur ex amore, ille verò ex timo-
 re: omnibus autem constat amorem esse
 timore præstantiorem. Quare rectè face-
 res, si tu quoq; octauo quoque die com-
 municares, quod multi sanctè faciunt.
MUND.

MVND. Ego indignus sum commu-
 nione tam frequenti. S. Quamobrem?
 M. Quia indies labor in multa peccata.
 S. Si peccata octo dierum te à commu-
 nione arcent, multo magis arcebunt pec-
 cata vnus mensis, & integri anni, ac pro-
 inde nunquam poteris communicare.
 M. imò communicando rarò, plus mihi
 suppetet temporis ad me examinandū,
 & præparandum. S. Hallucinaris fra-
 ter. cum enim natura nostra prona sit in
 malū, quo diutius in ea regnant pecca-
 ta, hoc efficitur deterior, & rationes, quo
 longius extrahuntur, hoc difficilius in-
 stituuntur: itaque mi frater, si tibi rectè
 consultum velis, quam primum reuoca
 te in viam rectam: arbor siquidem cur-
 ua, quo diutius prorogatur eius reffe-
 xio, hoc postea ægrius & difficilius dir-
 gitur. MVN. Non satis capio, quæ sit
 ista mea hallucinatio. Oculis enim meis
 quotidie video, eos qui crebrò commu-
 nicant frigidè, sine deuotione, & quibus
 ex consuetudine ad sacram mensam ac-
 cedere: qui verò rarò, accedere cum ma-
 gna deuotione & reuerentia. quare
 melius est rarò, quàm crebrò communi-
 care. S. Primò falsum est quod asseris
 imò multi eorum qui semel ex Ecclesia
 præcepto communicant, frigidissimè, si-

MEDITATIONES. 93

ne villo amoris sensu, & quasi coacti accedunt. Deinde si qui sine deuotione faciã Eucharistiam suscipiant, malè faciunt, nec ego loquor de his, sed de ijs qui benè comparati accedunt. M. Si melius est communicare frequenter, vt tu ais; qui fit, à quibusdam etiam eruditjs viris non laudari istam frequentem communio- nem? S. Nunquam vidi, nec audiui ab villo homine erudito, iudicio ac virtute prædito hanc actionem tam sanctã, tam salutarem, tamq̃ue Deo gratam reprehendi: quod autem à quibusdam hominibus carnalibus, & flagitiosis vituperetur, mirum non est, quia existimant indignè ab ijs sumi hoc Sacramentum: vt enim ipsi malè viuunt, ita suspicantur & illos, qui crebrius communicant malè viuere. MVND. Benè dicis, atque ego verè agnosco, securius esse sæpè animam hoc pane cœlesti confirmare. ego tamen id non facio, ne occasionem præbeam mundo, cui solent sæpe communicantes esse ludibrio. SPIR. Si tu hac in re mundi rationem habere velis, non animam modò, verùm etiam cerebrum perdideris. An nescis tu proprium esse mundi, ab omnibus spiritualibus rebus abhorrere, fauere flagitiosis, allatrare bonos? M. Prorsus quamdiu in hoc mundo

mundo sumus, accommodare & conformare nos mundo debemus. S. At hæc manifesta est stultitia, si mundus est tuis inimicis capitalibus vnus est, quomodo sine aperta ruina te illi accommodabis, eiusq; voluntati obsequeris? Scis quid sit abstinere à sacra communione frequentanda propter mundi obloquia? non aliud quàm erubescere, & dedecori tibi ducere, si sis bonus, virtuteq; præditus Christianus, quare & merito CHRISTVS erubescet te recipere in cœlum. M. Si mihi sæpe communicandum esset, deberem alijs esse bono exemplo, continere me domi, omnes recreationes abscindere, quod esset omnem mihi adimere libertatem, ac proinde conturbescerem & consenescerem ante tempus. S. Etiam si semel tantum quotannis communices, obstrictus es dare bonum exemplum alijs, nec ignoras, quàm grãde peccatum sit præbere alijs scandalum. Deinde communicatio frequens non tollit ludos & recreationes, imò probat & collat, modò licitæ sint & honestæ. Quod verò ais illa eripi libertatē, falsum est: si enim arbitraris tibi non cōmunicanti licitū esse quidlibet, hallucinaris: nam si sæpe, siue rarò cōmunicet, teneris abstinere te à peccatis. Imò qui, ppter recrea-

L. 16. 9.

MEDITATIONES. 95

tionem offendit Creatorem, perdit ve-
ram libertatem, cum faciat se peccati
seruum; imò & perdit veram lætiti-
am, quæ nascitur ex bona conscientia; at-
que hoc stultus mundus non intelli-
git. **MUND.** Ad sumendum hoc sanctum
Sacramentum, requiritur, vt homo sit
animo quieto, quod per crebras aduersi-
tates & perturbationes huius sæculi sæ-
pe fieri non potest; non conuenit igitur
sæpe communicare. **S.** Imò afflictiones
huius miseri exilij te deberent ad crebro
rem communionem impellere; nam in-
ter eius effectus numeratur & ille, quod
vires suppeditet in aduersis, vt significa-
uit Propheta, quando dixit, *Parasti in
conspectu meo mensam aduersus eos, qui
tribulant me.* Vnde olim Eucharistia da-
batur futuris martyribus, vt constantes
persisterent in cruciatibus. **M.** Si senti-
rem me vocari à Deo ad crebram com-
munionem, obsequerer libenter. **S.** Dic
quæso, quando oras Rosarium, visitas
Ecclesias, & alia pietatis opera præstas,
sentisné te vocari à Deo ad illa præstan-
da? **M.** Non. **S.** Cur ergo facis? **M.**
Quia videntur mihi bona, & commen-
dantur à concionatoribus. **S.** At sacra
communio sine cõparatione melior est
omnibus illis, magisque salutaris, & ab
omni;

Ioan. 8.

Psal. 22.

omnibus. Sanctis laudata : tantumque
 valet ad acquirendam æternam gloriam,
 vt Ecclesia meritò illam vocet *pignus fu-
 turæ gloriae*. MVND. Vtut sit, non ta-
 men ausim ego sæpius diuinam illam
 mensam adire; tot enim prauis in
 sunt habitus, vt sæpe in mille incidant
 imperfectiones. Si iam anre ad hoc re-
 sponsum est. Veltu optas ab illis prauis
 habitibus liberari, vel non. Si optas, san-
 ctissimum hoc Sacramentum, cum de-
 bita præparatione acceptum, tantas tibi
 suppeditabit vires, vt omnes malos ha-
 bitus possis euellere : vt liquet multo-
 fecisse, qui huius cœlestis cibi crebro
 usu, ex carnalibus hominibus facti sunt
 spiritualissimi. MVND. Cedo ratio-
 bus tuis, libenterque communicarem
 sed nullam sentio deuotionem. S. For-
 putas ex deuotione fundendas lachry-
 mas, ducenda suspiria? Sed id necessa-
 rium non est: nec in his consistit deuotio
 ad ritè communicandum requisita. Sed
 faciunt lachrymæ cordis, hoc est, dolor
 de peccatis præteritis, & propositum
 uendi futura. Adhæc ille verè dicitur
 deuotus, qui in omnibus rebus se con-
 format voluntati diuinæ. Quare nollet
 omninò te ideo abstinere à communica-
 tione, quod desiat lachrymæ & gemitus

MEDITATIONES. 27

hæc enim, vt dixi, non sunt necessaria, & Deus ea concedit quib. placet. **MUND.** Vt fatear veritatem, planè mihi persuasisti melius esse sæpe communicare, quàm abstinere: sed vt dicam, quod sentio; piget & pudet me toties confiteri, aliasque præparaciones ad sacratissimum Domini corpus dignè recipiendum, instituerè; negotia quoq; occurrunt multa, quæ hæc opera impediunt. **S.** Hæc est tentatio Dæmonis, qui vt te huius diuini Sacramenti fructu spoliet, facit, vt tibi molesta & grauis appareat confessio, totaque ad communionem præparatio. Præterea negotia non impediunt nostra bona opera, nisi quando nos volumus; nam si constituerimus non negligere frequentationem huius mensæ, inuenimus & tempus transigendis negotijs idoneum, non intermissa communione. Quod si verò difficultas aliqua incidere, prudentia facile statuet, maioris momenti negotium minori esse anteponendum. Id modo relinquo tibi considerandum, quanti momenti sit ipsum saluatorem in animam nostram recipere. Denique recordare regnum cœlorum (vt **CRISTVS** Dominus noster dixit) pativim; vnde & ad illud obtinendum laboris opus est. **M.** Sic est, fateor me videntem. *Matt. II.*

¶ & cum.

etum, iam nunc statuo sæpius hanc sa-
 eram mensam accedere; sed cuperem à
 te cognoscere, quoties mihi acceden-
 dum sit. SPIR. Consule in hac re Pa-
 trem tuum spiritualem, eiusque consilio
 acquiesce, sic enim tuam sacram com-
 munionem comitabitur virtus obedien-
 tiæ admodum Deo grata M. Sed ex-
 pone, quæso, tuam quoque de hac re sen-
 tentiam. SPI. Mea sententia alia non
 est, quam quæ extat in libro de Ecclesia-
 sticis dogmatibus, cuius auctor est Au-
 GVINVS scriptor vetus, non Augusti-
 nus, ut communiter citatur, si in capitulo
 eum dixisset quotidie communican-
 te nec laudare, nec vituperare, subi-
 hæc verba. *Omni diebus tamen diebus De-*
uinitate communicandum suadet & hu-
 iusmodi. Itaque mihi videtur, satis tibi debe-
 re esse, si octavo quoque die communi-
 ces. In præcipuis autem festis, quæ in
 hebdomadam incidunt, si desiderio co-
 municandi tenearis, poteris facultatem
 petere à Confessario. Quod si eam non
 get, non conuenit te illi tam importu-
 num esse, ut coactus tibi potestatem fa-
 ciat: melius enim est, promptè obsequi
 sibi que imperare. Reliquis deinde die-
 bus & festis minus principalibus poterit

MEDITATIONES. 99

communicare spiritualiter : vnde magnus quoque fructus in animam tuam redundabit,

DE COMMVNIONE
SPIRITVALLI.

QVONIAM communio spiritualis admodū utilis est & fructuosa p̄ animabus, breuiter de ea hic agam, vt pij homines, vbi cognoriat quid sit, & qua ratione instituat, ex ea quoque tam consolationem, quàm profectum aliquem spiritualem capere possint. Dicam igitur quatuor. Primò, in quo consistat communio spiritualis. 2. Quem fructum afferat animis. 3. Quam præparationem requirat, & de modo eā exercendi. 4. & postremò, quam sit Deo grata. VERVM primò sciendum est, tam spiritualem, quam sacramentalem communionem fundatam esse in fide. Nam ex eo quod quis credit in Sacramento existere Dominum omnis boni auctorem, ad eum quoque recipiendum incitatur: nec enim alia de causa sub speciebus panis delitescere voluit, quàm vt animas nostras pascere, Vnde quando reipsa sacra hostia à nobis accipitur, dicitur communio Sacramentalis ; cum verò tantum recipitur mentis affectu, vel de-

E 2 siderio,

siderio, vocatur communio spiritualis. Itaque communicare spiritualiter, aliud non est, quàm ex intimo cordis affectu sacramentum communionem desiderare, & per eam vñire se & incorporare cū Christo Domino nostro. Sic intelligitur illud S. Ambrosij dictum. *Non manducant manducant.* licet enim non manducant sacramentaliter, manducant tamen spiritualiter.

2. FRUCTVS quem communio spiritualis adfert animæ, est ipsius Sacramenti gratia, & alij quidam effectus. Scilicet ut enim qui à Spiritu sancto motus est, de peccatis dōlet, & amando Deum baptizari desiderat, gratiam baptismi consequitur (quod baptismi desiderium à Theologis vocatur Baptismus flammis,) sic prorsus contingit in hoc Sacramento sacræ communionis. Verum quod idem est, spiritualiter communicante, ut sacrum Conc. Trident. in Sess. 13. c. 10. notat, non fieri participem omnium effectuum Sacramenti, sicut fit, qui baptizatus, dispositus communicat simul sacramentaliter, de quo dictum est supra in annotatione Meditationis quartæ. Sanctus Thomas in opusc. 38. cap. 19. tres enumerat spiritualis communionis effectus. Primus est, remissio peccatorum.

liberatio à morte aeterna. 3. vera participatio corporis Domini nostri in vita aeterna.

3. PRAEPARATIO & modus communicandi spiritualiter consistit in his quinque punctis. Primum est, vt audieturus sacrum Missæ, propositum in animo faciat communicandi in eo spiritualiter, orando Dominum vt particeps fiat fructuum venerabilis Sacramenti. 2. examinabit breuiter conscientiam, dolendo de defectibus, & veniam à Deo poscendo, cum adiuncto proposito se emendandi, suoque tempore confitendi. poteritque sponte facere etiam aliquam poenitentiam. 3. Dum Sacerdos peruenit ad Offertorium, ipse quoque se offeret Domino, obsecrans denuò, vt virtutis sanctissimi Sacramenti particeps esse possit, eaque de causa inuocabit B. virginem, vel alium sanctum patronum suum, vt pro ipso intercedere velit. 4. Quando Sacerdos est communicaturus, colliget se, ac si Sacramentaliter communicare vellet, & deinde cum quodam affectu sacram Eucharistiam in animam suam recipiat. 5. Denique gratias aget Domino.

Vbi aduerte, quod hic dictum est de Missa, non eo dictum esse, quod ad com-

E 3 mu-

municandum spiritualiter, necessarium sit audire Missam, vel ei interesse, cum possit quoque id fieri in cubiculo, extra Missam, & quidem vno die saepius. Idcirco autem Missae mentio facta est, quia communio illa spiritualis facilius & cum maiori deuotione fit in Missa.

4. Iam quam grata sit Deo communio spiritualis, vel desiderium sumendi sacram Eucharistiam, facile intelligi potest ex his miraculis. 1. S. AMBROSIVS vicinus morti affligebatur, quod cum desideraret communicare, non posset id verbis exprimere, erat enim loquela destitutus. Verum Deus nocte ter acclamauit Honorato Vercellensi Episcopo, in viam se daret, vt sacram Eucharistiam praeberet suo seruo Ambrosio, qui conspecto Domini nostri corpore in spiritu exultauit, & deuotè illud recepit. 2. Ad S. Onuphrium in solitudine Aegypti existentem, cōmunionis quod cupidissimum Deus octauo quoque die mandauit angelum, qui sacram illi adferret Eucharistiam, & magno animo sensu è manibus angeli eam recipiebat, vt scribit *Marulus* lib. 4. c. 12. 3. Secundus miles cōuersus & baptizatus à sanctis Martyribus Faustino & Iouita magno ardebat desiderio communicandi.

MEIDTATIONES. 103

di. Sancti precantur Deum pro illo. & ecce aduolat pulcherrima columba ore ferens hostiam consecratam, quam Faustinus, qui erat Sacerdos magna reuerentia acceptam communicauit. Secundo. Ita vigil. de fruct. sanct. discurs. 27. 4. Refert Iacobus de Voragine in quodam sermone de S. Sacramento, fœminam quandam cum à Parocho suo sacram communionem postulasset, nec obtinisset, redditam mœstissimam, & in quodam Ecclesie angulo ea de causa multas profudisse lacrymas. Deinde venerandum quendam Prælatum multis clericis stipatum Ecclesiam intrasse, & fœminam rogasse, cur fletet, cognitaque causa ad aram duxisse, & hostia ei porrecta dixisse: Corpus meum tibi veram salutem impertiat. Ex quibus verbis cognouit fœmina, illum fuisse CRISTVM. Parochus autem in templum reuersus, aduertit in theca Sacramenti duas tantum esse hostias, cum ipse reliquisset tres: qua de causa ipse obstupuit, mulier verò cum magna consolatione recessit, *Vigil. de fruct. sanct. discurs. 27.* Legimus quoque in vita Beati Laurentij primi Patriarchæ Venetiarum, virgines cuiusdam monasterij cum in festo sanctissimi Sacramenti com-

communicare non possent, misisse ad Patriarcham rogatū, vt ipsas in Missa Domino commendaret, idq; Patriarcham fecisse, sed sub mediū Missæ eundem extra se raptum, ita tamen vt oculis astantium non subduceretur, vni earū virginum, quæ in clusa cellæ magno in oratione tenebatur Eucharistiæ desiderio, communionem verè porrexisset. Quæ reliquæ caruerunt quia alijs exercitijs se dederant.

DE PRÆCIPVIS SANCTISSIMI SACRAMENTI FIGURIS.

PRIMA figura huius venerabilis Sacramenti in sacra Genesi c. 14. quando Abraham singulari victoria perditus est contra illos reges. Redeunt enim à victōria, inquit Scriptura, Melchisedech rex Salem, quod esset rex altissimi Dei. obtulit panem & vinum, & Abraham benedixit: Melchisedech autem fuisse figuram CHRISTI, probat B. Paulus ad Hebræos c. 7. Quodque panis & vinum ab eo oblata, fuerint figura corporis & sanguinis CHRISTI, quæ ipse (existens Rex & Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Psal. 109.) obtulit summo Deo, & postea nobis reliquit: Christus quidem sub specie panis, & sanguinis

MEDITATIONES. 105.

nam sub specie vini, Sancti Patres consentienter docent. Ex hac autem figura, discimus, vt in sanctissimo hoc Sacramento fructuosè recipiamus CHRISTVM, & benedictionem ab eo consequamur, necesse esse, vt prius pugnam instituamus contra effrenes animi motus, & contritionis, confessionisq; opera peccata expellamus, sicut fortis ille Abraham expulit inimicos suos Reges.

2. FIGURA huius augustissimi Sacramenti fuit *Panis propositionis*, qui in mensa propositionis in conspectu DEI afferuabatur Exo. 25. Leu. 24. Hoc pane vesci non poterant nisi mundi & sanctificati, & idèd vocabatur Panis sanctus, & panis sanctificatus. 1. Reg. 21. Matth. 12. Quo significatur, vt vescamur sacrosancto cibo legis gratiæ, per illum præfigurato, opus esse, vt simus casti, & mundam conscientiam habeamus.

3. FIGURA huius diuini Sacramenti fuit panis subcineritius, quem angelus attulit Heliaë, cuius virtute ille confortatus, vt sacra scriptura 3. Reg. 19. testatur, ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Oreb, vbi postea Dominum vidit. Hæc figura significat virtutem & efficaciam, quam sancta cõmuniõ nobis præbet.

bet, ad absoluendum ærumnosam huius vitæ peregrinationem vsq; ad montem cœlestem, vbi Deum cum incredibili voluptate contemplantur.

IAM velut Panis communis conseruat vitam temporalē. 2. auget & corroborat. 3. licet sæpè comestus, non tamen gignit fastidium. imò malum signum est, quando panis alicui non sapit. 4. sine pane conuiuium, licet pretiosissimis abundet ferculis, non est perfectū. Sic cœlestis hic cibus sub speciebus panis vitam spiritalem conseruat. 2. conferendo gratiā, quæ est animæ vita, eandā auget, & contra demones fortiorē reddit. 3. Hic sacer cibus spiritualibus hominibus nunquā adfert fastidiū. Quod si infirmis nō placeat, id fit, quia animalis homo nō percipit que Dei sunt, 1. Cor. 2. 4. Habeat Christianus omnia bona huius vitæ mortalis, si ei desit, quod in hostia sacra continetur, nihil habet, imò verè dici potest miserabilis. Deniq; panis, antequam ad suam perfectionem veniat, multa patitur. Nam granum frumenti, quæ eius est materia, primò seminatur, & terra operitur, tum metitur, excutitur, cribatur, mola atteritur, in massam cogitur, ignique excoquitur, sic vt optimè conueniat cum hoc Sacramento, in quo CHRISTI D. N. passio

MEDITATIONES. 107

tanta pro nobis perpeſſi, repræſentatur.

4. FIGVRA fuit Agnus Paſchalis. Exo. 12 cuius hæc fuit cærimonia. Agnus eſſe debebat immaculatus & anniculus. Edebatur aſſus, & feſtinater cum lactu- cis agreſtibus, paneque azymo. Qui au- tem edebant, debebant eſſe ſuccincti coriis, baculumque habere in manu, & calceamenta in pedibus. Qua cærimo- nia Deus ſignificabat Iudæis, eos eſſe pe- regrinos, S Chryſoſt. hom. 83. in Matth. eam in hunc modum nobis accommo- dat. Si, inquit, Iudæi tantum ituri per Pa- leſtinam veſcebantur agno tam operoſo ritu: quanta vigilantia nobis conuenit ve ſci in hoc Sacramento agno verè immu- culato, qui iter habemus ad cælum: tan- to certè (ſubiungit dē Sanctus) amplius, quo grauior pœna conſtituta eſt indi- gnè manducantibus.

5. FIGVRA fuit Manna, Exo. 16. populo Iſrahelitico poſt trãſiſſum ma- re rubrum in deſerto cælitus datum, cum tenderent in terram promiſſionis, S. Au- guſt. tract. 10. in Ioan. ſcribit ſacram Eu- chariſtiam quoque in huius vitæ deſerto nobis dari, in quo baptiſmi ſacri aquis ſe- mel abluti, tendimus ad cælum, terram promiſſionis, & patriam noſtram. Man- na fuiſſe typum ſanctiſſimi Sacramentis

mare verò rubrum baptismi ait S. Paulus 1. Cor. 10. Māna has habebat proprietates. Primum, licet quidam multū ex eo colligerent, alij verò parum, omnium tamen eadem erat mensura, Sic in hoc Sacramento Eucharistiæ, non minor est virtus in quavis hostiæ consecratæ particula, quàm in hostia tota. Vnde in hymno S. Thomæ dicitur, *tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur*. 2. Manna colligi poterat quocunque die, excepto solo sabbato: sic hoc venerabile Sacramentum sumi potest quocunque tempore, usque ad æternam requiem per sabbatum significatam, quando cum scilicet tranquillitate visione Dei perfruemur. 3. Manna omnis generis sãpores, pro cuiusque comedentis voluntate reddebat. Sap. 16. *Angelorum esca nutriti sunt populum tuum & paratum panem de caelo prestisti illi sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem*. 4. Multi Iudæorum graviter puniti sunt, quod cõtempserunt manna dicentes, *Anima nostra nauseat super cibo isto lenissimo*. Nũ. 2. Sic olim multi, siue ij fuerint heretici, siue mali Christiani contempserunt sacram Eucharistiã. Refert enim S. Paulus 1. Cor. 11. iam suo tempore multos mortuos fuisse, quod contempserunt

MEDITATIONES. 109

tempo hoc diuinissimo Sacramento, indignè communicassent.

6. FIGURA fuit Arca, de qua agens S. Tho 12. quæst. 102. art. 4. ad 6. ait, Sicut arca facta erat ex lignis Sethim, Exod. 25. nempe ex cedro splendenti & puro, sic corpus CHRISTI Domini nostri constat ex purissimis membris. Adhæc arca intus erat inaurata & foris, quæ inauratio sapientiam & caritatem CHRISTI designabat. In arca erant tria. Primo, vina aurea continens Manna, & designabat animam Christi in se omnem diuinitatis & sanctitatis plenitudinem continentem. 2. Erat Virga Aaronis, quæ denotabat sacerdotalem CHRISTI potestatem, 3. Erant duæ tabulæ, quæ indicabant CHRISTVM fore legistatorem. Et sicut Arca erat in tabernaculo, operta velo. Exod. 26. 30. & 40. Sic in hoc Sacramento CHRISTVS accidentibus panis & vini opertus, quasi velo continetur. DVO verò præcipuè commemorat scriptura diuina de Arca, quæ mirabiliter apparent in hoc Sacramento. Primum est, quod DEVS beneficio arcæ innumeris beneficijs filios Israhel affecerit, non solum sigillatim in ijs ædibus, in quibus dignè recipiebatur, vt fuit domus Obededom, quæ à DEO ad arcæ aduentum mirificè fuit benedi-

Eta. 3. Reg. 6. verum etiam communiter
 in populo toto, qui sicis pedibus Iorda-
 nem transiit, eo quod antegressa arca
 Iordanis diuitus, viam illis patefaceret, &
 aquæ, quæ descendebant ad præsentiam
 arcæ, consisterent, & in altos quasi mu-
 ros firmarentur: Non secus hoc diui-
 num Sacramentum, non solum affert be-
 nedictionem ijs, qui dignè illud in ani-
 mæ suæ domum recipiunt, verum etiam
 prouincijs, regnisque integris, quorum
 peccata Dominus generatim non vlcisci-
 tur ob respectum huius venerabilis sacra-
 menti. Alterum est, quod DEVS grauitè
 punierit eos, qui arcam aut indignè tra-
 ctarant, vel non congruentem veneratio-
 nem illi derulerant, vti legimus 1. Reg. 4.
 Nam cum populus Israheliticus vno in
 bello contra Philistæos gesto, quatuor
 millia hominum amisisset, curauit ar-
 cam Domini in castra adduci, sperans se
 eius præsentia victoriam consequutu-
 rum. Sed contrarium euenit. Capta e-
 nim est arca ab hostibus, & exercitu ipso-
 rum triginta millia hominum ob peruer-
 sam vitam, exiguamque pietatem, inter-
 ierunt Philistæi etiam, quia indignè arcæ
 Dei tractarant; (deposuerant enim eam
 in abominando templo suo iuxta idolum
 Dagon) tam grauitè castigati sunt, maxi-
 mè

MEDITATIONES.

FF

mè Azotij, vt sacra Scriptura dicat, 1. Reg. 5. *Aggravata est manus Domini super Azotios, & demolitus est eos.* Præterea de Betfamtis, quod eam debita reuerentia non affecissent, & curiosè respexissent, ait Scriptura, 1. Reg. 6. *Percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis.* Idem euenit illis, qui indignè hoc Sacramentum recipiunt, hoc est, in peccato mortali, per idolum Dagon denotato, eo quod simul consistere non possint.

7. FIGURA fuit Farina Helisæi, 4. Reg. 4. Cum enim propheta iussisset coqui herbas quasdam pro filijs Prophetarum, hi degustatis illis, deprehenderunt tam esse amaras, vt clamarent ad Elisæum, *Mors in olla vir Dei.* Quare sanctus Propheta immisit in ollam farinam, qua omnem sustulit amaritudinem. Sic Christus ex farina factus panis & Sacramentum, omnem afflictionum nostrarum amaritudinem tollit, facitq; vt nobis vitam, non autem mortem afferant.

DE REVERENTIA ET DEVO-
tione Sanctorum erga hoc diuinissimum Sacramentum.

VT initium faciamus ab omnium sanctorum regina, ait S. Bonauentura, Virginem Mariam additissimam

simam fuisse huic Sacramento: cumque
S. Joannes, cui ipsa de cruce à IESV erat
commendata, rem diuinam faceret, illā
magna humilitate & deuotione glorio-
sum D.N. corpus ab eo accepisse, non in
remissionem peccatorum, quæ nulla un-
quam commiserat, sed ad referendam
Domino gratiam pro innumeris benefi-
cijs ab eo receptis, atque etiam ad impe-
trandam charismatum, donorumque ce-
lestium copiam pro nouis Christianis. S.
Lucas quoque in Actis Apost. cap. 2. sa-
tis clarè indicat, qua reuerentia & deu-
tione illi primitiue Ecclesie Christiani
affecti fuerint ad coelestem sacri altaris o-
bolum, quandoquidem sæpe cum multa
deuotione eum recipiebant. Atque hinc
sanctitas feruorque veterum Christiano-
rum originem habuit, vt non solum a-
quo, sed etiam libenti animo contume-
lias, bonorum suorum rapinam, ac co-
iam mortem ipsam propter CHRISTVM
perferrent. Scribitur Constantinum Ma-
gnum non minus piū, quàm poten-
tem Imperatorem, tantam fiduciam, cū
summa deuotione coniunctam, in virtu-
te huius augustissimi sacramenti collo-
casse, vt nunquam potestatem faceret mi-
litibus impressionem faciendi in hostes,
nisi prius summa reuerentia sacram Euc-
char

MEDITATIONES. 113

charitiam, quæ in Missa pro exercitu in ara portatili, ut habet Eusebius in vita Cōstantini, consecrabatur, supplices adorassent.

S. AVGVSTINVS *epist. 113. ad Iannar* ait Saluatorem nostrum idcirco in finem vitæ suæ distulisse huius diuinissimi sacramenti institutionem, ut eius dignitas & excellentia altius discipulorum pectoribus, memoriæque infingeretur, atque ita in eius amorem & deuotionem magis inflammaretur.

S. HIERONYMVS paulò ante mortem sanctiss. sacramentum accepturus abiicit se humi in saccum, & genibus flexis cum multis lachrymis communicauit Euseb. in eius vita.

S. IOAN. CHRYSOST. *in libro de Sacerdotio* refert suo sæculo, senem quendam venerabilem & pium, ingentem angelorum multitudinem magno splendore conspicuam circum sanctissimum sacramentum vidisse, qui inclinantes se illud venerati, more militum, dum præsto adit, vel transit Imperator.

idem S. Chrysost. *hom. 60. ad pop. Antiochenum*, nos alloquitur his verbis, Cōfidera homo quanto honore à Deo sis affectus, qua mensa fruaris quando communicas, ea enim conspecta etiam ange-

li contremiscunt, & ob lucem inde emicā-
tem, non audent eam liberè cōtueri. *Ad-
dit deinde.* Vnus sit nobis dolor, hac men-
sa priuari.

Rursum *homil. 61.* appellat hoc Sacra-
mentum miraculum mysteriorum legis
Christianæ, in quo Saluator nobis cor-
pus suum impertiuuit, ad declarādum de-
siderium, quo flagrat nos intimè sibi vni-
endi, quod proprium eorum est, qui ar-
denter amant. Et *ho. 45.* in Ioan. ait, nos,
dum sacram Eucharistiam sumimus, red-
di dæmonibus terribiles, & ab hac mensa
debere nos velut leones ignem spirantes
recedere.

*S. CYRILLVS Alexandr Episc. li. 4. in Io-
an. c. 17.* cohortans ad reuerentiam & cul-
tum huius Sacramenti, ait, beneficio illi-
us non solum fugari mortem, verum et-
iam pelli morbos, crudelem & inordina-
tam membrorum legem cohiberi, pieta-
tem corroborari, & animi perturbationes
sedari. CHRISTVM quoque à nobis rece-
ptum, velut bonum pastorem, dantem
pro nobis animam suam, nos à calamito-
sæ huius vitæ periculis liberare.

S. THOMAS Aquinas opuscul. 57.
cùm hoc Sacramentum appellasset con-
uiuium pretiosum, admirandum, salu-
tare, & omni suauitate plenum, vt prouo-
ca-

MEDITATIONES. 115

caret nos in illius amorem, subiūgit, nulum Sacramentum æquè esse salutare, ac hoc. Nullum, inquit, Sacramentum, est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur. cuius suauitatem nullus dignè exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur. Addit quoque, cum CHRISTVS sciret discipulos suos discessu suo contristandos, reliquisse illis hoc Sacramentum, tanquam solatium singulare ipsorum, & totius Ecclesiæ militantis. Affirmat etiam, Sacramentum hoc prodesse, non solum viuus, sed etiam mortuis.

S. IGNATIUS epist. 10. ad Ephes. scribit sacra communione retundi vim & potentiam Satanæ, qui omnes conatus suos, quasi totidem sagittas non aliò collimat, quàm vt nos in peccatum pertrahat.

De huius Sacramenti fructibus scribunt multi, vt Richar. in 4. sent. dist. 11 Et S. Thomas opusc. 58. à cap. 21. ad 25. omnes verò reuocantur ad hos 12. Primus est, viuificare. 2. relaxare. 3. inflammare. 4. dare patientiam in aduersis. 5. nutrire. 6. restaurare. 7. vnire. 8. communicare. 9. sanare. 10. conser-

uare, 11. corroborare. 12. perducere. S. Bernardus proprium sacræ Eucharistiæ effectum facit, reddere hominem mansuetum ad suscipiendam correctionem, patientem in laboribus, in amore ardentem, promptum ad obediendum, & deuotum ad gratias agendas. S. Vincentius alium adiungit fructum, hoc nempe diuinum sacramentum esse optimum antidotum ad effugiendas pœnas Purgatorii, eò quod frequentatum præteritorum peccatorum pœnas imminuat.

NOTAT B. Laurentius Iustinianus, sic ut cibus corporalis hominem nutrit, facitque ut crescat, etiam si non animaduertamus, sic hoc diuino sacramento confortari & roborari animam augmento gratiæ etiam si non sentiamus.

Quod ad Timorem reuerentialem attingit, quem habere debemus erga tantum & tam tremendum sacramentum, notauit paucula quædam. Et primò, S. Matthæus c. 27. & S. Lucas in Act. Apost. c. 13. scribunt sacrilegum Iudam, cum post venditum CHRISTVM, & cogitationem de eo in manus Iudæorum tradendo susceptam, tam peruersa intentione communicasset, ac deinde cognouisset CHRISTVM esse ad mortem condemnatum, quo se suspendisse, mediumque crepu-

MEDITATIONES. 157

isse, & omnia eius viscera effusa esse, quam crudelia in benignum eius magistrum & benefactorem IESUM, existisset.

S. PAULVS item I. Cor. 11. refert multos è Corinthijs partim infirmatos, partim mortuos, non spiritali tantum, sed etiam corporali morte, eo quod indignè corpus Domini nostri sumpserint.

S. IOAN. CHRYSOST. *hom. 6. ad pop. Ant.* inquit. Si ex eandem descis in iudam quod CHRISTVM prodiderit, & in iudæos, quod quod eum crucifixerint, quid fiet tibi, si post tot beneficia ab hoc Domino tibi prestita, ut tua causa factus sit homo, quod pati voluerit, eum recipias in animam peccatis inquinatam? *Et hom. 83. in Mat.* *ait:* Deum non modò grauitè puniturù eos, qui indignè communicant, sed etiã qui S. Eucharistiam administrat ijs quos constat esse impios & indignos. Addit p̄tèrea: Quemadmodum cibus corporalis, si incidat in stomachum vitiosis humoribus plenum, detrimentum & perniciem adfert comedenti, sic sanctissimum Sacramentum, cibus scilicet spiritalis, si incidat in animam grauibus peccatis obnoxiam, damnationem præcreat cõmunicanti. Idem loco citato asserit Augustinait enim non minus peccari ab ijs, qui CHRISTVM recipiunt in corde peccatis

ta-

raminato, quàm qui Christum Iudæis crucifigendum tradiderunt.

S HIERON. in ep. quadam ad Sacerdotes. Dic mihi, inquit, ô scelcrate sacram Eucharistiam recipiens, quomodo labijs istis ausus es osculari filium Dei, quibus osculatus es meretricem? cur Iuda osculo filium hominis tradis?

S BERN in tractatu de modo viuendi, ad sororē in sermone de cōmunionē, ait corpus D. N. esse vitā ijs, in quibus viuit Christus, & mortem ijs, qui sua culpa sunt diaboli mēbra recipiendo sacramentū in suam damnationem. Et in ser. de cōn. Dom. scribit indignè communicantes cum proditore Iuda sumere venenum. Alius quoque Doctor quidam dicit, Communicare in peccato mortali non esse aliud, quàm ex voluptate sensuali CHRISTVM iam venditum osculari.

S. THOM. op. 38 c. 18. declarans magnā ingratitude communitium in peccato mortali, in hunc modum loquitur. Quæ enim potest esse ingratitude maior, quàm si quis habens Dominum, à quo accepisset quicquid haberet boni, & ipsum insuper morte sua de suspendio liberasset: eundem Dominum in stabulū immundissimum inimici sui traditione duceret, & ibi conculcasset, rursusque os-

MEDITATIONES 119

cideret, & tamen hoc facit, qui sanctum Sacramentum indignè sumit.

Iam si ex me perconteris, qui sint illi, qui indignè communicant? Respondeo, qui existentes in peccato mortali, sine confessione vel commissorum peccatorum dolore, vel sine firmo proposito in posterum abstinendi à peccatis mortalibus, aut excommunicati, vel peruersa intentione communicant. Ratio est, quia tanto Sacramento fit iniuria, quod quoniam in se continet CHRISTVM, omnis puritatis & sanctitatis fontem, summa quoque puritate & sanctitate recipiendum est, idque indicauit Dominus, quando ante communionem portatam Apostolis lauit eorum pedes, Ioan. 13.

S. CYPRIANVS *sermones de lapsis* recenset quatuor miracula, quæ eius tempore contigerant in pœnam eorum, qui hoc diuinum & venerabile Sacramentum indignè receperant, vel contumaciabant.

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS. *homil. 5. in epist. ad Timotheum* eadem de causa dicit. Non est audaciæ sapius accedere ad Dominicam mensam, sed indignè accedere, etiam si semel quispiam in toto vitæ tempore accedat, *Et in Oratione de B. V. b. i.*

logonio. Communionis, inquit, tempus non est festum, nec celebritas, sed conscientia pura, vitaq; à peccatis repurgata.

S. HILARIUS, vt refertur, *De Conf. d. 1. can. timendum est.* Ne diu, inquit, abstractus à corpore Christi, alienus maneat salute. Vnde qui peccare quæuerit, communicare non desinat.

S. AMBROSIVS *de Sacramentis li. 3. c. 1.* exhortans nos ad frequentationem huius Sacramenti, habet hæc verba: Sic vtue, vt merearis quotidie accipere: Qui enim non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Idem dicit Augustinus epist. 78. ad Ianuar. & serm. 28. de verbis Dom.

MIRACVLA QVÆDA

De sanctissimo Sacramento ex auctoritate probatis collecta.

1. S. GREGORIUS Papa, communicaturus populum, cum ad matronam quandam peruenisset, dicens, more iamnum consueto, *Corpus Domini Iesu Christi,* &c. Et illa ridens, mox dextera ab eius ore retracta partem illam dominici corporis super altare deposuit. Expletis verò Missarum solennibus, matrona coram populo inquisiuit, quomodo obrem corpus Dominicum sumptura decere præsumpsit? Respondit, quia partem

quē proprijs manibus me fecisse cognoveram, tu corpus Dominicum perhibebas. Tunc Gregorius cum tota plebe flexis genibus Deum oravit, & ilicò particulam panis, quam super altare posuerat carnem factam reperit, cum omnium circumstantium stupore. Et matrona illa credulitatis gratiam recepit, plebs verò in sua fide amplius confirmata est. Rursus itaque in orationem cum eadem prostratus carnis frustum in panis primordia reformavit, quem mulier cum magna devotione sumpsit. *Ioan. Diacon in vita S.*

Gregory. l. 2. c. 41.

2. S. Gregorius Nazianz. in oratione de morte Gorgonia sororis suae scribit, illam morbo incurabili laborantem, cum iam in remedijs humanis nullam spem haberet, nocte quadam Ecclesiam ingressam, & prostratam ante sanctissimum sacramentum eousque orasse, donec sana & valens exurgeret, cum stupore totius familiae.

3. Adolescens Anglus nomine Imma bello captus à Domino suo in vinculis detentus est, donec lytrum persolutum esset. Verum quotidie mane certa hora omnia vincula per se dissoluebantur, sic ut Imma omnino esset liber. Postea autem innotuit fratrem eius Germanum

F sa-

Sacerdotem quotidie pro anima illius, quasi defuncti è Purgatorio Missæ sacrificiū obtulisse, & vincula Immæ sub tempore elevationis & hostiæ soluta fuisse. *Ex dal. 4. hist. Angl. c. 22.*

4. Nobilis quidam Germanus, nomine Osualdus Mulier, in Paschate communicaturus, non contentus parua hostiæ quæ solet dari communicantibus, voluit sibi dari maiorem, cuius potentiam motuens Parochus, assensit. Simulatque aut tempore cōmunionis eam accepit, ceptū ei mox sub pedibus terra dehiscere, cumque in altare, quod erat lapideum, manū iniiceret, ut se teneret, lapis ipse velut cōemollitus est, in quo signa digitorum adhuc expressa cernuntur. Itaque miser convertens vindictam diuinam esse præsertem, à Deo ignosci sibi tantam arrogantiam postulavit. Cumque hostiam deglutire non posset, Sacerdos eam asseruavit eadē hodieque visitur nonnihil sanguine tincta; & qua parte salivam attigerit, notari potest. Altare quoque cum expressione digitorum adhuc exstat. Accidit hoc miraculum in pago Seefeldt tribus milibus ab Oeniponto, in Germania. Ab his quot tamen annis tam hostia, quam in lapis altaris metu hæreticorum, qui ut inimici huius Sacramenti, solent suppressi

MEDITATIONES.

123

re eius miracula, sunt transfata Oenipontum *Tilman. Bredenbach. lib 1. Sacr. Coll. cap. 35.*

5. Cùm S. Ioannes Chrysoft, concionibus suis aliquando conuertisset quendam primarium hæreticum; conatus est idem & suam coniugem conuertere: sed quia obstinata in hæresi permanebat, respondit illi, si Catholicæ religioni se adiungere nollet, se ab ea discessurum. Itaque mulier metu Diuortij, finxit se conuersam, & more Catholicorum ad communionem accessit. Verùm quia reformidabat accipere Eucharistiam, curauit sibi per fidam ancillam secretò particulam panis similem ei, quæ dabatur in cõmunionem afferri. Cùm ergo tempus communionis adesset, occultè ab ancilla panem accepit, fingensq; esse consecratum in os immisit, qui miraculosè conuersus est in lapidem. Mulier rei miraculo attonita, adijt Episcopum S. Chrysoftomum, lapidem, in quo signa adhuc dentium exstabant, ostendit. Materia lapidis non erat communis, sed ignota, color verò pulcherrimus. Mulier itaq; ad S. Episcopi pedes abiecta cum lachrymis veniam petijt, & dolens de sua obstinatione & simulatione verè conuersa est, Ecclesiæque reconciliata, catholicè deinceps cū marito suo

F 2

vi-

vixit. Scribit hoc miraculum *Nic. Callig.
li. 13. c. 7. & Sofom. l. 8. ca. 5.*

6. Rodolphus Comes ab Habsburg
venationis causa foras profectus, cū ma-
gnis imbris de cælo decidentibus se-
te sacerdotem obuium haberet, ex eo pe-
cunctatus est, quò in tanto imbre tendere
ret? Respondit, vt sacram Eucharistiam
firmo rustico porrigeret. Itaque Rodol-
phus ilicò ex equo descēdit, genua flexa
& humiliter sanctissimum sacramentum
adorauit: deinde suum equum Parochus
famuli verò ædituo dedit, ipse verò pe-
s. Eucharistiā vsque ad egri rustici domum
insecutus est. Bonus sacerdos admirabilem
pietatem & humanitatem Comitum, gratias
ei egit, diuinamque bonitatē im-
prouit, vt factū hoc remuneraretur. Quod
que mirabile est, breui tempore e Comite
Imperator factus est: cuius successores
sunt Archiduces Austriae, Principes & Re-
ges innumerabilium nationum. Quod
verè dici potest, amplitudinem & splen-
dorem omnem domus Austriae natum
esse ex pietate & deuotione erga hoc
ctissimum sacramentum. *Theatrum
sa humane, vol 27. l. 3 tit. sacrorum.*

7. PASCASIVS in libr. de corpore
Domini capit. 14. scribit presbytero
dam valdè religioso, cū saepe Deum

MEDITATIONES. 125

gasset, vt pro sua consolatione Dominū videre posset in sacra hostia, Christum apparuisse in specie pulcherimi pueri, eiusque conspectu summa illum voluptate affectum fuisse. Addit idem Paschasius Deum solere eiusmodi miracula facere, vel ad corroborandos in fide quosdā simplices; vti factum est in miraculo S. Gregorij supra enarrato, vel ad solandos eos, à quibus ardentè amatur, vt accidit huic pio presbytero.

8. S. AMBROSIVS in oratione funebri fratris Satyri scribit, cū Satyrus aliquando naufragium fecisset naui tota cōfracta, proq; mortuo haberetur, tamen tandem è fluctibus saluam emerissee, quod ante susceptam nauigationē se sacro Christi corpore communiisset.

9. Iudæus quidam cū teneretur desiderio cognoscendi Christianorum mysteria, ingressus Ecclesiam attentè audiuit sacrum Missæ à S. Basilio factum, & in eleuatione sacræ hostiæ vidit in ea puerum Iesum admodum speciosum & amabilem; qua visione magna consolatione perfusus est. Communicante deinde populo, ipse quoque communicauit, & S. Eucharistiæ particulā reseruatam vxori ostendit, patefaciens ei visionem, & mysteria Christiana collaudans, vt eam ad-

morem Christianæ fidei pertraheret. Postero die mox S. Basilium adiit, & toto rei successu exposito, ab eo baptismum postulavit *Amphilochius in vita Sancti Basilij, & Cyrus prodromus in suis epigramm.*

10. S. BERNARDI tempore, homo quidam inops, sed bonus Christianus suæ coniugis adulteræ maleficijs indigne excruciatu & consumptus ad ipsius S. Bernardum adducitur, qui cognito eius cruciatu, misericordia motus à fratribus, curavit hominem duci in Ecclesiam, ubi cum capiti eius imposuisset Sacramenti ciboriū, ilico ab omni maleficio miser homo liberatus, & sanus sanum reuertit. *Guiliel. in vita S. Bernardi c. 10.*

11. *In Prato spirituali cap. 30.* scribitur in Dade vrbe Cypri fuisse hæreticum nomine Isidorum, qui nulla ratione pertinebat vxori suæ, alioquin Catholicæ, ut iret S. communionem, eamque in re observatores cōstituerat. Cum verò quadam die cognouisset eam in domo maritimi sui communionis causa diuertisse ipsamque iam communicasse deprehendisset, furore ardens inuolauit in mulierem, gutturque eius hinc inde iactando

MEDITATIONES. 127

tam diu impressit, donec Eucharistiam euomeret, qua re non contentus, S. Eucharistiam pedibus conculcauit. Sed quoniam ex hostia magna mox flamma erupit, non nihil redditus est attonitus. Duobus diebus post apparuit ei homo quidam niger & terribilis dicens: Isidore, nos duobus eidem addicti sumus supplicio, Tum Isidorus. Quis es tu? Respondit. Ego sum, qui alapam dedit CHRISTO in praesentia Annae. Hoc viso perterrefactus Isidorus poenitentiam duram agere coepit.

12. Legimus in vita S. Clarae, cum Fredericus Imp. affligeret Ecclesiam & Saraceni inuaderent Assisium. ac iam iam in muros monasterij ad constuprandas sanctimoniales insilirent, S. CLARAM Abbatissam, licet corpore aegram, magna fide sanctissimi Sacramenti thecam arripuisse, eaque ad muros, quos hostes conscendebant, obuersa, in hunc modum orasse, Domine tuere has famulas tuas, quae mundum tui causa dereliquerunt, & amore tui hic sunt inclusae. Defende eas Domine, nam ego non possum eas defendere. Vix verba protulerat, & confestim audita vox est dicentis: Ego defendam vos. Saraceni itaque cum tanta trepidatione se in fugam continuo coniecerunt, ut multi se e muris praecipites

in terram dederint, alij verò excœcati ne
scirent, quò deflecterent. *Sur. to. 4. Vigil
de fructu Sanct. disc. 27.*

13. S. MALACHIAS Episcopus diu
multumque laborauit priuatis collo
quijs in conuertendo quodam clerico
qui negabat in hostia sacra CHRISTVM
contineri, sed frustra. Deinde cum du
cum eo disputationes habuisset, & in
traque eum conuicisset, ille tamen
pertinaciter in errore suo perstitit. Quo
re bonus Episcopus coactus fuit illum
declarare & denunciare hæreticum. Cl
ericus verò exandescens affirmauit se
quam à sua opinione, quam Euangelij
ro haberet, recessurum. Ad hoc verbum
substomachans Episcopus elata voce
xit: Quia tu fateri veritatem non vis, De
minus fateri veritatem te faciat vel
necessitate. Respondit hæreticus, Amo
Res mira. Eodem die clericus æger
cumbit ad mortem, agnoscit errorem
& Dei vindictam, curat accersiri & pili
pum, confitetur in hostia esse Christum
Dominum, Deum, & hominem, &
cepta absolutione, Ecclesiæ reconcilia
tus, errorem præteritum deplorans,
gratias Deo pro beneficijs agens, expira
uit. *In vita S. Malachia, à S. Bernar
p. 12.*

MEDITATIONES. 129

14. CAESARIUS in *hist. sua l. 9. ca. 12.*
 refert, suo saeculo haereticos quosdam
 Albigenfes arte diabolica mira quaedam
 & stupenda fecisse, & inter caetera, super
 flumen ambulasse, nec immersos, hacq;
 fraude multos simplices ad suam sectam
 pellexisse. Quod cum animaduertisset
 quidam zelosus sacerdos, sumpta sanctif
 simi sacramenti custodia alta voce dixit:
 Coniuro te diabole, in virtute eius quem
 manu gesto, ne amplius praestigijs istis v
 tare in ruinam populi. Videns autem sa
 cerdos, haereticos nihilominus persistere
 in sua ambulatione, abiecit thecam cu sa
 cramento in flumen, ac extemplò (q; mi
 rabile est) aqua se diducens omnes istos
 sceleratos & diabolicos haereticos absor
 buit. Quo miraculo populus mirificè
 in vera fide est confirmatus. Bonus au
 tem sacerdos tota nocte factum suum,
 quod Eucharistiam in aquas abieciisset,
 deplorauit: Sed Deus eum consolatus
 est: nam mane Ecclesiam ingressus, in
 uenit in altari venerabilis sacramenti
 thecam ab angelis eò deportatam, quam
 magno cum gaudio & aspexit, & sup
 plex adorauit, institutaque cum popu
 lo solenni processione profusus ex latti
 tia multis lachrymis suum in locum re
 posuit.

15. In Vrbe vetere oppido Italiae, cū Sacerdos quidam rem diuinam faciens, dubitaret num in hostia à se consecrata Christus præsens esset, in fractione hostiae confecta, tantum sanguinis effluxit, vt totum corporale sanguine tinctum fuerit. Cuius miraculi occasione Urbanus Papa IV. sanctissimi Sacramenti festum instituit, quod feria 1. post Pentecosten celebratur. Exstructa deinde est in eodem oppido elegantissimi operis Ecclesia, in qua corporale sanguine tinctum asseruatur, & ostenditur.

16. NAVCLERVS in *Chronologia* sua scribit anno 1280. Traiecti in Belgio ducentos homines tum viros, cum feminas in ponte supra Mosam strato transgredientes, aliosq; ludos exercentes, cum sanctissimo Sacramento isthac fortè delecto nullam reuerentiam exhiberent, neque saltu cessarent, subitò pontis casu omnes fuisse oppressos, vel in Mosa flumine summersos, excepto vno, qui testis miraculi esset.

17. OPTATVS Episcopus *Milaniensis* libro 2. in *Parmenianum*, rem mirabilem refert de Urbano Formensi, & Felice Idicrensi hæreticis Donatistis, eosque populum absterrent à veneratione sanctissimi Sacramenti, iussisse vt S. Euchari-

MEDITATIONES. 131

ristia obijceretur ipsorum canibus, at carnes rabie accensi iusto Dei iudicio ipsos dominos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos laniant.

18. Fuit Mediolani mulier multis annis obsessa à dæmone: qui eam visu & auditu iam priuârat, linguamq; extra os quasi promussidem elephantis exerebat. Hæc ad S. Bernardum in templum deducta est, qui in maximi populi corona patena cum sacra hostia capiti emergumænæ imposita dixit. In virtute huius Domini iudicis tui, & pro nobis mortui tibi spiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps non præsumas: Ac mox Dæmon ab ea excessit, & mulier liberata est.

In vita S. Bern. l. 2. c. 3.

19. PALLADIUS *in vita S. Marcharij* refert, cum fœmina quædam aliquot hebdomadis ex negligentia communionis abstinuisset consueta, eam à peruerso quodam homine ad peccandū sollicitatam fuisse, & cum consentire nollet, illum ex indignatione, Magi cuiusdā opera vsum ad illam pudefaciendam: Iraque per incantationes effecit, vt fœmina illa apparet in forma equæ, & tres dies pane non vesceretur. Maritus, & co-

F 6 gna-

gnati eam adduxere ad S. Macharium, qui fufis ad Deum precibus afperſione aquæ benedictæ eam humanæ formæ reſtituit, & ad frequentandam ſacram communionem hortatus eſt; addens: Deum hanc afflictionem permiſiſſe, quod quinque hebdomadis ſacra communione abſtinuiſſet.

20. Anno 1556. Sachazeti in regno Poloniae famula quædam Chriſtiana, nomine Dorothea Lazezka ſacram hoſtiam tempore communionis ex ore acceptam, & in Strophium repositam Domino ſuo Iudæo, qui veſtem ei & nummos promiſerat, tradidit. Iudæus mox aduocat tres alios Iudæos, Michaelem; iſaac, & Joſephum; omnes in Synagoga congregati in CHRISTI deſpectum pugionibus & cultris multis ictibus ſacram hoſtiam configunt, & illico miraculoſè tantum ſanguinis ex ea profluunt, vt cochleari collectum magnum quoddam vas compleverint. Facinus hoc non multò poſt patefactum, & Iudæi cepti, ac mandato Sigismundi Poloniae Regis igne conſumpti. Erant illo quo in illis regionibus multi, qui ſub vtraque ſpecie Euchariftiam ſibi porrigi poſtulârunt. At ubi fama hoc miraculum vulgavit, abſtinuerunt ab hac petitione: cum enim vi-

derent in hostia quoq; contineri sanguinem, satis fore iudicabant laico, si sola hostia communicaret. *Surius in appendice Chronologia Naucleri* non longè à fine. Simile miraculum accidit Bruxellis in Belgio anno 1369. in cuius Ecclesia S. Gudulæ hodieq; ostenditur hostia; cum notis ictuum, quibus eam confixit Abraham ludæus die Veneris sancto. Apparet quoque in ea sanguis. Descripsit hoc miraculum in *Descriptione Germania inferioris Guicciardinus*. In alijs multis Europæ urbibus idem contigit, vt annotatum est in *Theatro vita humane toro. 17. lib. 9. pag 322. col 1.*

21 BEDA in *collectaneis* sub finem, recenset iuuenem quendam ludæum, cum Sanctam Eucharistiam in communionem populo à Pàpa Bonifacio data, accepisset, exclamasse, Bonifaci accurre cito, & me baptiza, quia panis quem sumpsi me exurit & consumit. Re cognita ludæi tumultuari cœpere, sic vt parens iuuenem in ignem cōiecerit; cumq; mater sublato clamore imploraret D. Virginis auxilium pro filio, ipsa quoque à furiosis ludæis in ignem detrusa est. Strepitu excitus mox adfuit, nondum ornatu sacerdotali deposito, B Bonifacius, ingressusq; ignem tam filium quàm matrem

trem incolumes ex igni extraxit.

22. S. ANTONIVS Paduanus a-
gens Tolosæ, cum de sanctissimo Sacra-
mento cum quodam hæretico disputa-
ret, ille rationibus sancti conuictus, in
hæc verba erupit: Omissa verborum con-
tentione ad res veniamus. Respondit san-
ctus, placet consilium. Tum hæreticus
Mulam habeo, quam tridvano ieiunio
maceratam in populi conspectū adducā
egoq; illi hordeū, tu Sacramentū tuum
ostendes. Si verò posthabita auena pro-
perarit ad adorandum tuum Sacramen-
tum, ego similiter credam, & supplex il-
lud adorabo. In nomine Domini, inquit
Antonius. Interim res per urbem diuisa
gatur, ac per multa alia Franciæ loca. Cuius
tertius dies adesset, vterq; in publicum
prodijt cum innumerabili populo. Cur-
rat S. Antonius excitari aram, in eaq; Mi-
ssam fecit, circumstabant quam
plurimi Domini cum accensis facibus
uidè expectantes rei exitum. Tandem
Antonius ante communionem hostiam
in manus accepit. Hæreticus verò ho-
rdeum sacco exemit, mulaq; soluta ma-
no impetu in pabulum ferri cœpit. Cum
B. Antonius sacram hostiam manibus
senens ad mulam conuersus plenus
de dixisset: In virtute huius Domini
hostiam

MEDITATIONES. 135

hostia existentis tibi præcipio, vt relicto hordeo continuo accurras, & tuum conditorem agnoscas & adores, ecce iumentum neglecto pabulo suo ad poplites vsque submisso capite accessit, & genibus flexis Dominum in sacra hostia existentem adorauit. Hæreticus conuersus est. Catholici autem ingenti gaudio perfusi Deum benedixerunt. S. Anton. in summa histor. p. 3. tit. 24 §. 2. Surius tom 3.

23. S. AVGVSTINVS lib. 22. de ciuit. Dei. c. 8. scribit cum suo tempore Hesperij viri tribunitij domus spirituum malignorum vim noxiam etiam cum afflictione animalium & seruorum suorum perpetueretur, totam illam vexationem per sacrificium corporis CHRISTI à presbytero in ea oblatum Deo protinus miserante cessasse. Quod miraculum Augustinus ab ipso Hesperio cognouit.

24. CAESARIVS in historia sua refert Magnum quendam hæreticum morti addictum, cum ad supplicium deduceretur, risisse, proximumque igni quod erat exurendus, inuocato per artes Magicas daemones auxilio ignem subito extinxisse, effusiusque, quam antè, risisse. Certior ea de re factus Episcopus, al lato sanctissimo Sacramento iterum accendi ignem

ignem iussit : cumq; hæreticus rursus imploraret nomen dæmonis, ille respondit: Jam non possum te adiuuare, qui præstò est, qui plus me potest.

25. LONDINI in Anglia in Ecclesia S Pauli contingit aliquando nomen factoris hæretici deferri ad Archiepiscopum Cantuariensem, qui tum erat Thomas Arundelius) quod nullam sanctissimo Sacramento exhiberet reuerentiam. Archiepiscopus igitur hominem humiliter monet, vt reuerentiam deinceps exhibeat, hæreticus verò impudenter respondit: Araneam reuerentia dignorem: Ac ilicò de alto tecti culmine descendens ingens & horrida visu aranea ad blasphemum directo filo peruenit. Scribit hoc miraculum Thomas Waldensis, qui ibi præsens fuit cum alijs multis prælatis. Tom. 2. cap. 63. contra VValephum.

29. Mos erat Constantinopoli, cum particulæ Eucharistia consecratæ superessent, euocare è scholis pueros innocentes & pueros, vt illas absumerent. Accidit autem aliquando vt pueris eiusmodi miseretur filius Iudæi Christianorum inimicissimi. Qui, vt cognouit filium suum accepisse hoc Sacramentum, furore æstuans, cum abiecit in ardentem fornacem.

MEDITATIONES. 137

fornacem vitrariam. Ignara rei mater multis cum lachrymis deinde filium per vias omnes vrbis conquisiuit; tertio vero die cum iuxta officinae ianuam non longè à fornace deploraret filium perditum, ac cum gemitu sæpius nominaret, filius agnita matris voce tandem è fornace respondit. Accurrit mater ad fornacem, & deprehendit filium in medijs flammis miraculosè seruaturn. Quo miraculo commota, cognita rei causa mox facta est Christiana. Iustinianus autem Imperator Patrem Iudæum, vt filij proprii homicidæ puniri mandauit. Auctor est *Euagrius lib. 4. c. 36. Greg. Turc. Niceph. lib. 17. c. 25.*

27. In Bauaria non longè ab Ingolstadio rusticus quidam simplex, sed pius, cum ob curam quam gerbat bestiarum non posset omnibus festis adorare CHRISTVM in sacrificio Missæ, secretò particulam sacræ Hostiæ asseruatam in foramine baculi sui in hunc finem facti deposuit. Quem baculum, festis omnibus, quibus illi non dabatur aditus ad Ecclesiam, humi defigebat, & in eo genibus nixus, recitato Rosario, alijsque precibus venerabile Sacramentum adorabat. Cùm autem quodam tempore bestia, ob aëris incom-

incommoditatem, vel alia de causa hac illacque discurrerent, ille alium baculum, quo ordinariè vti consuevit, in illas abiecit, & fortè baculum, in quo erat Sacramentum, deiecit. Vnde dolens flexis genibus conatus est illum attollere, sed terra in qua erat baculus se demittebat, & eo magis, quo plus ille manum porrigebat, erigensque se, animo toto perturbato, ecce videt omnia iumenta circum fossam genibus flexis Dominum adorare. Itaque bonus homo ex miraculo attonitus, continenter lachrymans accurrit ad Parochum. Parochus adit Episcopum, qui cum processione, ut ad locum pervenit, cum magna reuerentia & humilitate baculum in quo erat S. Sacramentum excepit. In memoriam autem huius miraculi constructa est ibi Ecclesia quæ dicitur Saluatoris, ad quam magnus est populi concursum, qui solet ex religione loci aliquid ex fossæ illius sternere capere. Hoc miraculum ignoro, à quo nam scriptum sit. Ego in loco fui, fossam vidi, & Ecclesiam visitavi, in qua putetiam huius miraculi historiam depictam.

28. Nouiomagi in Ducatu Geldria cum Parochus secunda feria Paschæ venerabile Sacramentum deferret ad m-

licen

MEDITATIONES. 139

Hierem ægram, viriq; duo iuvenes inter
se in taberna certarent, yter prius ouū Pa-
schale deglutiret, audita nola Eucharis-
tiæ præferri solita, alter dixit: Ego ouum
illud citius deglutiuero, quàm mulier-
cula illa suum Deastrum (ita enim per-
contemptum appellabat S. Sacramen-
tum.) At ouum miraculosè hæret in fau-
cibus; miser ergo homo timens se suffo-
catum iri, candelam sebaceam ex clauo
pendentem arripit, vt ouum protrudat,
sed sæuo omni in gutture relicto, nu-
dum retrahit ellychnium, instar bouis
mactati in terram corrui, vultu fuligino-
so & Æthiopico, guttureq; diuina vltio-
ne fracto tristissimam efflat animam: nã
ouum instar tuberis intercutanei non in
faucibus, sed in altero colli latere residens
apparebat. Qua vindicta Christus de-
monstrauit se verum Deum, & nõ Dea-
strum, vt hæreticus ille loquebatur. Ac-
cidit hoc miraculum anno 1561. 8. April.
& scribitur à *Tilmanno Bredenbachio li.*
7. Sacrarum collat. c. 60.

29. Legimus in libro, qui inscribitur,
Promptuarium exemplorum, idemq; re-
fert Cæsarius, foeminam quandam, cum
videret apes suas parum proferre mellis,
imò mori, ex cõsilio quorundam immi-
sisse in vnum aluearium sacram hostiã,
ac

ac postea cum probatum esset, num plus mellis protulissent, deprehendit ab apibus sacellulum ex cera candidissima admirabili artificio constructum, in cuius medio exstabat ara, cum theca sanctissimi Sacramenti. Certior ea de re factus Episcopus, cum processione ad excipiendam inde Eucharistiam venit, & cum totius populi gaudio ad Ecclesiam deportauit. 30. Quod nunc commemorabo ego ipse meis oculis conspexi. Romæ anno 1563 in Xenodochio S. Ioannis Lateranensis adolescens quidam Turca annorum 20 qui Ancona, vbi aliquandiu cum Patre mercatore Turca vixerat, huc per fugerat, & cum aliud per fugium non haberet, nobili cuidam seruire coepit, quo cum adibat templa, intererat sacro, & quia Latinam linguam callebat, ab omnibus reputabatur Christianus. Post aliquot menses tandem ægrotare coepit, mittitur a Domino ad Hospitale, recipitur cum conditione, vt secundum Hospitalis leges pareret se ad confessionem & communionem. Adolescens, ne reijceretur, conditionem acceptat, non patefaciens se esse religionem Mahumetanum. Res mira. Simul atque corpus Domini sumpsit, maxima contentione animi postulauit baptismum palam affirmando se esse Turcam. Praefecti

MEDITATIONES 141

fecti Xenodochij existimantes eum alienatum à mente, vocarunt me, qui eram tunc comes Patris cuiusdã (qui festis diebus in Xenodochio concionabatur) vt redderem eum quietum. Adolescens repetiuit, quod dixerat, meq; obsecrauit, vt porrigerem sibi baptismum. se enim tantum ardorem interius sentire, vt diutius quiescere nõ possit. Sacellanus re diligenter examinata, vidēs eum circumcisum, sacro baptismo hominem lustrauit, & mox tranquillior redditus est; ac postero die spiritum Domino reddidit.

ADMONITIO AD CHRISTIANUM Lectorem.

RECORDARE Christiane Lector, te, vti animo constas & corpore, ita duplicem agere vitam, alteram temporalem mille periculis & casibus subiectam; alteram spiritualē, multis quoq; imperfectionibus & lapsibus obnoxia. Illa consistit in vnione animæ cum corpore, quæ in vtero materno, dum Deus creando animam coniungit corpori, perficitur. Hæc verò consistit in vnione gratiæ cū anima, quæ in gremio matris nostræ Ecclesiæ, dum Deus in baptismo infundit gratiã animæ, perficitur. Vtraque, vti suos habet aduersarios & inimicos, ita conuenientia habet remedia. Præuidens

uidēs itaq; Deus inimicos vitæ & incolu-
 mitatis spiritualis, nempe, peccata, sæpe
 præualituros, vt medicus non minus sa-
 piens, quàm misericors, duo potissimū
 Sacramenta in vitæ spiritualis remediū
 instituit. Vnum confessionis, alterū sa-
 cræ communionis, illud ad dandam vitā
 spiritualem, quæ non est aliud, quàm vi-
 uere in gratia Dei. Dat autem hanc vitā
 pellendo peccatum, & gratiam conferen-
 do. Hoc vero ad conseruandam eandem
 vitam, quod facit cibando animam, vi-
 resq; ei ad expugnandas tentationes præ-
 bendo. Verū, quod hoc tempore ma-
 ximè deplorandū est. cum vita spiritua-
 lis longè dignior & præstātor sit tēpora-
 li, hæc tamen illi longè antefertur. Quid
 enim non facit æger ad recuperandā sa-
 nitatem? Negligit sumptus & ærummas
 omnes, nihil facit medicinarum amari-
 tudinem, dolorum omnium acerbitate
 siue igni, siue ferro effectam contemnit.
 Experientissimi quiq; Medici, nobilissi-
 ma antidota conquirunt; idq; pro vni-
 uersa sanitate corporali recuperanda, quæ no-
 bis etiam inuitis parum diuat, & cū mu-
 ltis laboribus ægrè conseruatur. Dicat
 Christiane Lector, an pro restituenda sa-
 nitate spirituali tantum adhibemus stu-
 dium? Iudica tu, si nē res digna lachry-

MEDITATIONES. 143

mis. Nolo ego prolixè indagare causam
 tantæ nostræ incuriæ; accidatne id ex im-
 becillitate & tenuitate fidei nostræ, an
 verò quia non satis mente expendimus
 sanctæ fidei nostræ documenta. Vnum
 tantum pro opusculi huius epilogo tibi
 suppeditabo consilium, vt si desideres,
 quod debes, consequi vitam spirituale,
 crebrò confitearis; & si desideres eandẽ
 conseruare, crebrò quoq; communices.
 Crede mihi, in Ecclesia Christi non esse
 nec præstantius, nec efficacius remediũ
 ad assequendam securitatem de salute ani-
 mæ. (quãta haberi potest in hac periculo-
 sa vita) frequentatione horum duorum
 Sacramentorum. Ad hoc confirmandũ
 describam hic exemplum sumptum ex
Promptuario exemplorum. Duo, inquit,
 adolescentes litterarum studiosi & pij,
 eum amicitiam inter se magnam cole-
 rent, cõuenerunt, vt q̄ primus amborũ è
 viuis excederet, certiozem faceret alterũ
 si Deus permitteret, de suo statu. Obijt
 vnus, & post septendecim dies splendi-
 do admodum corpore socio apparuit,
 eiq; dixit Ego gratiæ diuinæ ope ad salu-
 tem æternam perueni, & iam gloria cœ-
 lesti perfruo. Tum alter rogauit, quo of-
 ficio pietatis in hac vita maximè Deo
 placuisset? Respondit, frequentatione
 Sacra-

Sacramentorum, imprimis autem, quod
immunis ab omni peccato, & cum de-
uotione ad Sacram communionem ac-
cessisset *Vigil. de fruct. sanct. discurs. 27.*

FINIS.

MODVS COMMVNICANDI

eniusdam Virginis sanctissima edita à

D. Nicolao Sfondrato, Episco-

po Creminensi, postea

Papa Gregorio

XIII.

*In praxi
vita Spirit.*

OCTAVO quoque die communio-
care soleo, & quædam ante, qua-
dam post, quædam in ipsa com-
munionem obseruo.

ANTE communionem, me hunc
modum præparo: Pridie examino con-
scientiam meam, humiliter confiteor,
doleo ex corde de peccatis tota hebdo-
made commissis, pænitentiam iniungam
à Sacerdote expleo, eiq; aliam adiungo
vt disciplinam, & dum ieiunare nõ lice-
parcius saltem comedo & bibo.

MAÑE sequenti diutius quam aliam
maiori; deuotione orationem mentalem
instituo, & in ea gratiam à Deo peto
nè communicandi, simulq; rogo, vt me
talem faciat, qualis debet esse, qui suam
diuinam maiestatem recipiat: cor etiam
meum suo diuino amore inflammet, &

SECUNDO, considero meam vilitatem & indignitatem, quam plena sum imperfectionibus, imò radicem aliamque me omnium vitiorum: & deprehendo nihil in me boni esse, totamque oneratum peccatis, totam me abijcio ad pedes misericordiae divinae, quae compensare possit sua gratia quod in me deest.

TERCIO, excito mille modis, quatenus Deus dederit animae meae afflictionem, speciatim autem facio breuem confessionem, his vel alijs verbis. Dominus ergo firmiter credo te esse Creatorem omnium, te esse ipsum Salvatorem mundi, te esse, qui pro me es captus, flagellatus, coronatus, crucifixus, mortuus, sepultus, qui pro me es resuscitatus, qui me es daturus, & vitam vel mortem aeternam daturus, &c.

QUARTO, aliquando doleo corde, quod tam parum veniam ad communionem paratus, aliquando cum ergo, ut nulla habita ratione vilitatis in visceribus animae meae abscondo. Miror & obstupesco, considerans summi Christi caritatem, quod non dedignatus ingredi in eam animam, quae tantopere hactenus eum abiicit, contempsit, & causam passionis & mortis dedit. Quando etiam sic colloquor cum anima mea

MEDITATIONES. 146

in me sanctissimum Sacramentū illū effectum consequatur, quē in eorū cordib. consequitur, qui dignē communicant.

DEINDE considero quam magnas res sit, in se recipere Maiestātē Creatoris totius mundi. Perpēdo, illum esse, quem reuerenter, adorant & laudant angeli: quem desiderarunt Prophete, amātunt Apostoli, imitati sunt Martyres. Quem deniq; omnes sancti ineffabili cum desiderio colere, amplecti, & sibi vnire in hoc sanctis. Sacramento semper cupiuerunt.

HOC desiderio commota, studeo animam meam amplius accendere, considerando primū magnitudinem diuini amoris erga tā vilem creaturā, qualis est homo, & speciatim qualis sum ego tot peccatis & imperfectionibus obnoxius: deinde considerando multiplices gratias & fructus spirituales, quos sanctissimum Sacramentum secum affert in animam deuote communicantis.

SECVNDO, dum iam iam communicandum est, occupo cor meum his contemplationib. Primò conor inuitare omnes sanctos, maximè B. Virginē, & sanctos Patronos, vt pro me apud Deum intercedant; deinde vt exornent quoque, & comitentur animam meam cōferentem se ad coeleste conuiuium.

G

SE-

MEDITATIONES. 147

mea. Ecce anima mea Dominum Deum tuum, ecce illum, quem tanto studio desideras, foelicem te reputa, si eum agnoscas, ames, roges & cogas, ne velit discedere à te.

POSTREMO, repræsento cõmnia peccata mea, & miserias infinitas, in profundo cordis mei reconditas; & frequentissimè rogo, vt omnia mihi condonet, proponoque me penitentiam acturum, & vitam meam seriò emendaturũ.

TERTIO, post Communionem peractam, recipio me in locum aliquem secretum, vt solus cũ solo Domino meo, quem in domum animæ meæ realiter recepi, ex intimo affectu colloquar. Et primò offero æterno patri sanctissimũ hoc sacrificium Christi Domini nostri, & repræsento illi, quicquid pro me passus est, vtendo his vel alijs verbis: Ecce, ò Pater æterne, filium tuum, quem ex infinito amore tuo de cœlo in terrã misisti, vt carnem humanam assumeret, in stabulo nasceretur, in Ægyptũ Herode persequente fugeret, & in summa paupertate viueret. Ecce ò Pater, quanta in deserto, in prædicatione, in profetione, in persecutionibus Iudæorum passus sit pro me. Audi blasphemias, iniurias, contumelias, quas ab ingratis Iudæis sustinuit. Vide traditiã

G 2 & ven-

& venditum 30 argenteis. Eum offero tibi Pater sancte, in horto ligatū, ad Annam deductū, in domo Caiphæ percussus, coram Pilato accusatus, & ab Herode illusus, à Iudæis flagellatus & crucifixus. En Pater caput eius inclinatum, faciem ex morte pallidā, manus & pedes transsossos, latus sacratissimū apertum. Ecce, & cœlum & terra suo modo dolent. Dolorosa mater, Maria, & carissimi discipuli deuotè eum deplorant, & ingrati Iudæi eo crudelius in eum insaniant. Offero eum tibi mirtha vnctum, linteo mundo inuolutum, & alieno monumento sepultum. His peractis finem facio, laudando, benedicendo, & gratias agendo diuinae Maiestati, quod ita nos dilexerit, ut filium suum vnigenitum in mortem pro salute nostra dederit.

SECVNDO, conuerto me ad B. Virginē & sanctos patronos, eosq; omni conuentione oro, vt quoniam sentio me obligatum ad gratias agendas pro tanto beneficio, quod dignatus sit venire ad me, nec tamen ad id sim idoneus propter peccata mea, illi pro me officiū hoc prestare velint, Deumq; rogare, vt me gratia suæ participem facere velit.

TERTIO, conuerto me ad Christum eiq; familiariter aperio omnes infir-

MEDITATIONES. 149

infirmities meas: vt medico pientissimo & omnes errores meos, vt Domino humanissimo: imò omnes defectus meos in genere & specie, in quos quotidie relabi soleo, vt Patri amantissimos, cumque rogo, vt mihi remedium suggerat, ne toties in eos relabar. Speciatim autem rogo, vt mihi gratiam concedat, ipsum in sancta cõmunionem dignè semper recipiendi.

QVARTO, facio propositum coram Domino, emendandi omnia, in quibus delinquere soleo. Nominatim autem statuo singulare aliquod vitium extirpare, & virtutem aliquam, qua opus habeo, inserere, vt semper proficiam in melius, ardentemque diuinam eius Mariestatem imploro, vt mihi det vires id exequendi.

POSTREMO, toto illo die, studiosius cor meum custodio, cogitans in eo Dominum, tanquam in suo habitaculo requiescere: quare do operam, vt omni vtar modestia, tam in loquendo, videndo, ambulando, quàm in tota externa conuersatione. Sæpe in mentem reuoco, per orationes iaculatorias, sacram communionem, vsurpando hæc vel similia verba: Hodie Domine venisti ad me peccatricem, hodie hospitatus es in

G 3.

domo.

130

PINELLI

o homo mea, hodie in corde meo sanctam
passionem tuam renouasti. Maneat quæ-
so mecum, ne discede à me, quia adue-
sperascit, appropinquat nox mortis, tem-
tationis, negligentiae &c. In alijs quo-
que orationibus eius dici, gratias ago
pro singulari illo beneficio,
quod dignatus sit ad
me diuertere.



F I N I S.



LIBELLVS
MEDITATIO-
NUM


IN QVAEDAM MYSTERIA
*vite Iesu Christi Domini
Nostri.*

AUCTORE
R.P. LVCA PINELLO E
Societate Iesu.

IN LATINVM EX ITALICO
*versus à R.P. IOANNE BVSÆO
Societatis Iesu.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ
Sumptibus Arnoldi Mylij,
ANNO MD. LXX. III.

PIO LECTORI.

 VM ad permouendos animos plus valeant res oculis conspecta, quam conscripta, vel ab alijs narrate: non dubium est, Amice Lector, ijs omnibus qui olim familiariter cum CHRISTO Salvatore nostro, dum adhuc ageret in terris, sunt conuersati, ipsam mirandorum operum, virtutumque eius inspectione, maximam vim attulisse, ad conformandam vitam atque mores, cum moribus Christi omnium perfectionum Christianarum exemplari.

Quod si verum est, verum quoque erit, nobis, qui CHRISTVM nunquam vidimus, neque cum eo conuersati sumus, ad conformandam vitam, actionesque nostras cum vita Christi, nullum aliud efficacius suppeditare remedium, quam ut crebro, de vita rebusque à Christo gestis meditemur. Meditationis enim beneficio illa se oculis mentis obijciunt, & quasi praesentes suauiter ad amorem sui & imitationem pellicunt.

Efficaciter quoque Meditatio, ut dogmata & opera Christi à nobis semel cognita, non hereant instar seminis infructuosi in superficiei terra, sed colligit ea & recondit in corde, ut radices agant, sine quibus neque fructum reddere, neque crescere possunt. Amen.

si, qui opera Christi viderunt, nullum fructum fecissent, nisi ea diligenter considerassent: quomodo nos, qui nec vidimus, nec audiuimus Christum, sperare possumus fructum, nisi attentè meditemur, de ipsidem.

Omitto à Deo in meditatione omnibus ad eam ritè comparatis, eiusmodi lumen, rerumq; diuinarum sensum, & vitæ piè institutenda desiderium communicari, ut neminem laboris & studij, quod in Meditatione ponitur, pigere debeat.

Iam, ut veniam ad institutum, volo te scire, tres esse præcipuos modos de vitæ CHRISTI meditandi. Primus modus est per viam cognitionis, hoc est, dum perpendimus, qualis illa fuerit, qua operafecerit, & quomodo vitæ excesserit. Secundus modus, est per viam admirationis & laudū. dum enim homo considerat vitæ CHRISTI tam fuisse sublimem, eiusq; opera tam stupenda, in laudes erumpit, eaq; admiratur. Tertius modus, qui nostro instituto congruit, est per viam imitationis; dum consideramus attentè admirandas virtutes, & perfectissima Christi opera ad imitandum illa; cum desiderio Sanctissima eius vitæ & moribus, quoad fieri potest, nos conformandi. Atque in hunc finem libellus hic confectus est, in quo non solum imago

nes ad viuum vita operumq; CHRISTI
representantes mysteria, verumetiam Me-
ditationes de ijsdem, cum aliquot breuib;
documentis ad demonstrandam praxim,
continentur.

INSTRVCTIO AD MEDI-
tationem rectè instituendam.

TEmpus meditationi habe præfi-
nitum & stabile: nec illud absque
iusta causa immutes. Dæmon e-
nim, cum efficere non potest, vt oratio
nem omninò prætermittas, id agit, vt
eam in tempus incommodum differas
actandem, cum eam non sine multipli-
ci defectu perfeceris, tibi autor sit, vt
prorsus eam negligas. Horæ meditatio-
nis aptissimæ sunt matutinæ ante omnia or-
gotia. conuenit enim, huic sancto exerci-
tio Deo tam grato, animæque nostræ
salutari optimum tempus attribui.

Locus sit ab omni strepitu remotus
vbi nec negotiantium, nec confabulan-
um sermones exaudiantur. Nec tam è
mittenda meditatio, si talis locus desit
enim feceris, quod in te est, diuina gra-
tias, non deerit ratio colligendæ medi-
tationis.

Situs corporis sit modestus et deu-
tus, vt vel genua flectas, vel pedibus in-
stas Deambulatio non videtur conueni-
ens meditationi, nisi breuis sit & non in-
citas

MEDITATIONES. 155

citata. Et licet sine peccato etiam sedendo possit institui meditatio: tamen corporis situs potissimum retinendus, qui plus iuuet attentionem & deuotionem, modo absit omnis violentia & poena. Quod si aliquandò meditatus fueris sedendo, bonum erit, modo sanitas ferat, non tegere caput, vt ex hoc signo alij intelligant, te nō esse aut negotijs profanis, aut studijs philosophicis intentum, sed Orationi, & rerum diuinarum contemplationi.

QVID AGENDVM ANTE
Meditationem.

PRæcedenti die sub noctem præuide punctum vel mysterium de quo sequenti mane erit meditandum: & vbi euigilaeris, vel surrexeris, cogita de meditatione futura, sic enim paratior & attentior ad eam accedes. Si enim in omnibus negotijs humanis, quæ cum hominibus tractantur, id contingit, vt primum cogitemus quid agendum sit. quãtoto studiosius id curandum in spiritualibus, quæ tractantur cum Deo?

Vbi locum Meditationis adieris, imaginare te ibi à CHRISTO Domino nostro, vt gratam tibi audientiam præbeat, expectari, ac inter eundem rogabis Angelum tuū custodem, vel aliquē è Sãctis

tuis patronis, vt te comitetur, vt ad CHRISTVM adducat. Cum ad locum perueneris, humilem & deuotam ci exhibe reuerentiam.

Nixus genibus mentem eleua ad Deum, & gratiam postula ad suæ diuinae maiestatis gloriam, animæq; tuæ fructum, Meditationem instituendi. Quam re exemplum sequeris Ecclesiæ, quæ initio diuinarum laudum dicit: *Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.*

Prodest etiam in principio deprecari Deo veniam omnium peccatorum & imperfectionum, quibus offendi eius oculi potuere: dolendo enim de illis, eum facile tibi propitium & beneuolū reddes.

*QVID AGENDVM IN IPSA
Meditatione.*

QVO in meditatione sis attentior, imaginare te sic præsentem esse Mysterio, de quo meditandū est: ac si videres & audires omnes personas, quæ interueniunt, mente perpendendo, non solū quid dicant, vel faciant, sed etiam quid cogitare piè potuerint. Quares & amplam tibi suggeret in meditando materiam, & reddet in considerando attentioem.

Quod si in aliquo puncto, singulari deuor

MEDITATIONES. 157

deuotionis affectu, vel alio spirituali sensu te senseris commoueri; non est statim ad alterum punctum transfundendum, sed in eo nonnihil immorandum.

Inter meditandum, semper coneris, quod intellectus discurrendo inuenerit, traducere ad affectum voluntatis, vel ut respuat, si materia sit peccati, vel cupide amplectatur, si materia sit virtutis vel deuotionis. hic enim est præcipuus Meditationis fructus.

QVÆ AGENDVM FINITA

Meditatione:

Meditatione finita institue Colloquium, quod non est aliud, quàm familiaris & affectu plena sermocinatio cum DEO, nunc laudando eius magnalia; nunc pro beneficijs gratias agendo; nunc postulando peccatorum veniam, aut in bono perseuerantiam; nunc offerendo illi vitam suam, omniaque opera cum firmo proposito nihil committendi vel cogitandi, quod diuinæ suæ Maiestati displicere possit.

Post omnia finita, vtiliter facies, si examines; quomodo successerit meditatio, vt, si culpa aliqua, vel impedimentum interuenerit; in posterum caueatur.

Neque contentus esse debes, aut solas

rerum meditarum consideratione, aut affectibus in Meditatione deprehensis: verum debes deinceps omnem vitam, actionesque tuas, ad inspirationes & motus à Deo in Meditatione communicatos conformare.

DOCUMENTVM

Ad superandas difficultates Meditationis.

AD meditandi studium præcipue inuere te debet purum & sincerum Deo in hoc sancto exercitio placendi, vitamque & mores secundum Creaturæ tuæ voluntatem componendi, desiderium. Quod plurimum te iuuabit, ad expugnandas quasdam difficultates, ob quas multi orationem mentalem negligunt.

PRIMA difficultas est, quod omni deuotionis sensu destituaris, sicque aridus sis, ut non solum meditatio tibi videatur onerosa, sed etiam mera temporis iactura. Ad hanc difficultatem superandam, aduerte debes, ariditatem hanc tua culpa potius contingere, ut si ad Meditationem non te prepares præuidendo Meditationis materiam, ut supra dictum est. Deus enim in poenam huius negligentia merito te omni dissolutione, & gustu meditationis priuat. Ita queremedium ad tollendam hanc poenam, aliud non est, quam ut tu remoneas culpam.

Non-

MEDITATIONES 159

Nonnunquam ariditas illa oboritur citra
 tuam culpam, sed neq, tunc abiicienda est
 meditatio. Sicut enim tibi placet tempus
 consolationis, quando Dominus instar solis
 astius propius ad te accedendo, gustum ali-
 quem Meditationis impertit: sic displicere
 non debet tempus desolationis, quando idē
 dominus velut sol hibernus longius à te re-
 cedit: id enim facit commodo tuo, ut, nimi-
 rum, illo tempore altas iaceas humilitatis
 radices, agnoscendo, quod idcirco siccus &
 aridus remanseris, quia Deus longius à te
 abscessit. Fieri etiam potest, ut Deus are-
 scere te in oratione sinat, probandi tui cau-
 sa, nū ex puro amore, an verò propter mer-
 cedem, hoc est, expectatum in oratione ser-
 vum spiritualem illi seruias. Aut certè illud
 facit Deus, ut cognoscas consolationem me-
 ditationis esse suum donum, quod dat, cui
 vult, & quando vult, atq, ita te compares
 ad illud humiliter ab eo postulandum. Ve
 ut sit, quoties aggredieris Orationem ad
 placendum Deo, sicut debes, poteris dicere.
 Ego non inchoavi hanc Meditationem ad
 capiendam consolationem, sed ob amorem
 Dei mei, & ob eiusdem amorem illam quo-
 que perficiam.

ALTERA difficultas est, quod in ipsa
 Meditatione varijs & importunis agi-

teris cogitationibus, siue opera daemone ad
 impediendum fructum Meditationis exci-
 tatis, siue à natura nostra per peccatum
 inordinata, hoc est, à vi imaginatiua, qua
 contra voluntatem varijs cogitationibus
 implicari solet, exortis. Atq; hic opus est di-
 ligentia in illis repellendis, sed remoti a
 omni mentis anxietate. si enim sine villo tuo
 consensu obrepant, scias, nullum à te admi-
 ti peccatum. Et labor in respuendis illis, ut
 recte fiat meditatio, non minus Deo gra-
 tus est, quam si attentè cum deuotionis sen-
 su meditare, imò maioris meriti est, quam
 plena consolationis oratio. Proderit etiam
 in eiusmodi pugna institueri Colloquia,
 vel implorando diuinum auxilium, & hu-
 militer agnoscendo te tuis viribus nihil
 posse: vel te ipsum accusando, quod ne
 nam horam consistere coram Creatore tuo,
 sine terrenarum cogitationum intercur-
 pssis: Contra scrupulos, vel tentationes,
 quæ tempore Meditationis, occurrere so-
 lent, optimum remedium est, illos contem-
 nere, & diligenter Meditationi attendere.
 Similiter si inter meditandum, negotium
 parui momenti se offerat, non est consili-
 abrumperè Meditationis filum, ut vel pe-
 ficias illud, vel etiam memoria causa am-
 tes: cum enim Meditatio sit actio tam per-
 fecta, & tam grata Deo, non conuenit eam

MEDITATIONES. 161

quoniam negotiolo deseri, vel interpellari.

TERTIA difficultas est, quod dum videmus nullum esse huius exercitij fructum, multi illud tanquam inutile deserimus.

Verum hac manifesta est tentatio, inde profecta, quod non advertimus, quia in re consistat verus Meditationis fructus. Si enim ex amore Creatoris tui meditationem instituis, magni fructus loco habere debes, quod ei placeat, ac procul dubio illi placet, quoties praeestas circa Meditationem, quantum commodè potes. Quamquam fructus eius est, Fuga peccati, & recta vitæ institutio, uti videre est in ijs, qui cum humilitate Meditationis exercitium frequentant. Atque hic fructus ortum habet à lumine, quod à Deo in Meditatione accipitur.

QUARTA difficultas inde oritur, quod experiamur nos non obtinere à Deo, quod in oratione petimus. Verum nec hoc debet te absterre à Meditatione, quæ præcipue instituenda est ad Deum laudandum & benedicendum. At magni beneficii loco habere debes exercitium Meditationis, utpote sanctum, Deoq; pergratum, quo cum placere ei cupias, non dubium est, quin plus quam ab eo petieris, modo anima tua sit salutaris impetraturus.

QUINTA difficultas est, quod aliquando

do meditatio videatur laboriosa. Non dubium est, quin deus Meditationem faciat admodum laboriosam, ut vel illam differas, vel certè proferas. Verùm in te vllum desiderium est placendi Deo, vel non erit tibi graue & arduum vacare meditationi, vel existimabis rectè impendere omnem laborem propter illum qui tuos pro te sustinuit labores.

IESVS DVX NOSTER, ET

Redemptor noster.

PVNCTA MEDITATIONIS

CONTEMPLARE hic filium Dei à Patre æterno hominibus datum, non solum tanquam redemptorem, sed etiam velut Ducem & Magistrum, qui doctrinam suam, & multo magis exemplo viam salutis & veram perfectionem nos edocet. Verùm aduerte, hunc magistrum, vti proprius contrarius est mundo, sic etiam doctrina sua contra mundum pugnat, vnde doctrina sua non tradere cum mundo pugnantia, vt de respuendis voluptatibus, abijcendis opibus; condonandis iniurijs, humilitate, & mansuetudine sectanda. Cum ipse sit sapientia infallibilis, & omnis veritatis regula, errare nequaquam potest. Errat igitur mundus, & tu cum illo, si hunc Ducem cœlestem sequi nolis, si non formare, qui tam amabilis est & generosus.

MEDITATIONES. 163

sus, vt nullam pro suis laboribus expetat mercedem, imò suos discipulos & diligenter tuetur in terra, & postea remuneratus in caelo.

NATIVITAS CHRISTI.
PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Dominus vniuersi de caelo descenderit, vt tibi ministraret, formam serui humilem assumpsit, in stabulo natus est. Quare significauit se in suo seruitio non suum commodum, sed tuam salutem questurum.

CONSIDERA quoque, quomodo, vt tibi expeditius seruiret, voluerit nasci pauper: vt tu intelligas eum, cum omnia impedimeta remouerit, se totum in tuo seruitio futurum.

IAM si ab eo postules, quid illum ad tantam submissionem, inopiam, & molestias impulerit? respondebit; Tuæ salutis amor & desiderium.

DOCUMENTA.

1. Si seruido Deo, tua sekeris comoda, plus tibi ipsi seruis, quam Deo.
2. Vis bene seruire Deo? remoue, quicquid vel modicum te impedierit.
3. Si talis Dominus tantum amore tui fecit, quid non facies propter ipsum? quã incundum tibi erit, si aliquid patiaris amore ipsius?

CIR-

PUNCTA MEDITATIONIS

CONSIDERA, quomodo Saluator secundum legem circumcidi voluerit, ad quam tamen non erat obligatus. Vnde die octavo amore tui non sine dolore Patri obtulit lachrymas, sanguinem, & purissimæ carnis suæ partem.

CONTEMPLARE, quomodo, cum Circumcisio id temporis fuerit peccati originalis remedium, Christum non puduerit signum peccatoris circumferre, & etiam in mundo eiusdem culpæ reum haberi, ut tuas culpas inciperet expiare.

Cogita, bonum Dominum se ea in plus humiliasse, quàm in Natiuitate: in hac se seruum, in circumcissione vero se exhibuit peccatorem, seruo vilior rem.

DOCUMENTA.

1. A preceptorum obseruatione te absterreat labor, quia Christus, ut pareret legi, suum profudit sanguinem.
2. Vaili, quem peccare non pudet, det autem frequentare Sacramenta, quæ sunt peccati remedia.
3. In imitatore Christi, cum ad altum let crescere humilitas.

INFANTIA IESU.

PUNCTA MEDITATIONIS

MEDITATIONES. 165

CONSIDERA, quomodo CHRISTVS, cum triginta annos expectare statuisset, vt initium daret prædicationi, & se Saluatorem mundi demonstraret, interea elegerit subesse parentibus suis, & cū omni humilitate & promptitudine illis obedire.

CONTEMPLARE, quomodo Dominus noster hoc suo exemplo demōstravit perfectionem viuendi in obedientia, quæ sicut ob salutē securior est, sic propter gloriam magis est meritoria.

CONSIDERA, qua submissione Rex angelorum post tempus aliquod contemplationi datum, nunc matri suæ sanctissimæ seruiat, nunc opem ferat iosepho.

DOCUMENTA.

1. Verus obediens debet promptè obedire, & seruire, etiam si sapientior, sanctiorq; sit suo superiore.
2. Quo vita status perfectior est, hoc homo plus obligatus est ad opera perfectè exercenda.
3. Tunc obedientia tua grata erit Deo, quando coniuncta erit cum humilitate, qua eius est mater.

CHRISTVS INTER
Doctores.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CON-

CONSIDERA, quomodo Dominus noster, cum duodecim esset annorum à matre sua, & Iosepho ductus fuerit Hierosolymam ad solemnitatem Paschæ, & quæ (patribus in Nazareth regressis) miserit, ut suum Patri cœlesti honorem deferret.

ERAT tunc temporis Saluator noster in templo, quasi in Patris sui domo, & respondens inter doctores suis interrogationibus prudentibusque responsis tantam lucem rebus diuinis attulit, ut Doctores obstupefacti fuerint ob eius prudentiam & modestiam.

VERISIMILE est bonum IESUM duo illo in ciuitate humiliter ad vitam sustentandam eleemosynam emendicantem.

DOCUMENTA.

1. Vbi agitur de honore Dei, aut anime salute, posthabendi sunt etiam parentes.
2. Proximus inuatur bona doctrina quia illa mens eius illustratur, atque magis modestia, & exemplo bono, quod virtutem permouetur.
3. Discipulus Christi non est quod des esse pauperẽ, & more pauperis vivere.

CHRISTVS BAPTIZATVS
PUNCTA MEDITATIONE

CONSIDERA, quomodo, cum Iohannes Baptistam, magnam plebem

MEDITATIONES.

167

rum hominum, & peccatorum turbam
baptizaret, humilis IESVS, velut vnus de
plebe, se S. Ioanni Baptistæ baptizandum
obtulerit, quasi ipse similis esset alijs, & ba
ptismo opus haberet.

IOANNES de tanta humilitate obstupe
factus, se ad Christi pedes abiicit, & ab i
pso baptizari petijt: sed victoriam obti
nuit humilitatis Magister IESVS, & à præ
cursore suo est baptizatus.

CONTEMPLARE, quomodo Dominus
nostro baptizato patefacti sint cæli, Spiri
tus in specie columbæ descenderit, ac su
per eum requieuerit. Vox quoque à Pa
tre æterno audita sit, dicens de Christo:
Hic est filius meus, in quo mihi cõplacui

DOCUMENTA.

1. *Ne te præferas alijs; nec quæri ma
lium alijs tractari.*
2. *Nunquam eris verè humilis, nisi
Christi exemplo vancos omnes mundi respe
ctus & opiniones pedibus conculces.*
3. *Qui ex virtute seipsum despicit,
magno est apud Deum loco.*

CHRISTVS IN DESERTO.
PVNCTA MEDITATIONIS.

Contemplant, quomodo Dominus
prius experiri voluerit Pœnitentiam
quàm eam alijs prædicaret. & idèd mox
post baptismum se recepit in desertum.

CON-

CONSIDERA, quomodo in illo pius
IESVS, præter crebras contemplationes,
& continuum quadraginta dierum no-
ctiumque ieiunium, multas perpeffus sit
molestias: toto enim illo tempore nuda
humus illi domus & lectus fuit.

COGITA, quantus stupor fuerit, vide-
re in loco deserto illum, qui in cælo ado-
ratur ab angelis, non solum omnicon-
uersatione humana destitutum, sed etiam
vt loquitur S. Marcus, versantem inter
bestias.

DOCUMENTA.

1. *Difficiliter aly persuadebis virtu-
tis studium, si nullam ipse demonstrat.
Christus enim non verbo docet, sed opere.*

2. *Qui ex nimio sui amore fugit po-
nitentiam, affligit animam, & se amari
nescit.*

3. *Nisi multis te priues commoditatibus,
proximo tuo nunquam eris vel ad im-
peditum, vel bono exemplo.*

CHRISTVS TENTATVS.
PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, Dominum nostrum
post tam asperam poenitentiam
Demone fuisse tentatum. Primum, vt ex
pide faceret panem. Deinde, vt se de tem-
pli pinnaculo præcipitaret. Tertio, pro
mili

MEDITATIONES. 169

misit ei omnia regna mundi, si se adoraret.

CONSIDERA peruersam tentatoris intentionem, qui conabatur, si CHRISTVM pertraxisset ad peccatum, impedire generis humani redemptionem.

Ex altera parte considera, primò mansuetudinem IESV, quod à tam vili creatura permiserit se tentari. Secundò zelum, quia dæmon, dum adorari quærit, vt Deo honorem suum eripiat, subitò à CHRISTO repellitur.

DOCUMENTA.

1. *Dæmon semper incipit specie boni vt ingrediatur cum nostra intensione, sed egrediatur cum sua.*

2. *Qui non resistit tentationibus paruis, facile labitur in magnas.*

3. *Consentire malo, est Dæmoni obedire, & Deo honorem suum adimere.*

CHRISTVS MANDVCAT.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, sanctissimam CHRISTI humanitatem post ieiunium tã longam, tantasque molestias, plurimum esse exenuatam & debilitatam: idque non alia de causa factum, quàm vt lueret pœnam pro tuis excessibus, teq; doceret modum

H dum

dum mortificandi passiones, & effrenatas cupiditates.

Deinde expende, quo pacto clementissimus Deus per angelorum ministeria liberaliter prouidet Christo Victori, quoad sustentandam vitam humanam etiam necessaria.

Contemplare modestiam IESU in nudi ducendo, etiam si esset famelicus. Vide ut primum benedicat mensae, collaudat Deum, è cuius manu omnia huius vitæ bona procedunt.

DOCUMENTA.

1. Qui nimis indulgentior tractat in peccatis suis, sapit illud experitur proteritum & rebelle.

2. Fac, quæ tui sunt officij, & qui potes, & Deus, quod deerit, supplebit.

3. Mensam adire, & non prius Deum laudare, potius est ingrata bestia, quam hominis ratione præditi.

CHRISTVS DOCET APOSTOLVS PVNCTA MEDITATIONES

CONSIDERA, CHRISTVM, cum cogitaret aliquos constituere Prædicatores, qui sapientes & potentes huius mundi sanctum suum Euangeliū conuerterent, elegisse hos paucos, simplices, & pauperes piscatores.

Perpende deinde, quam doctrinam

MEDITATIONES. 171

tradat, Beati pauperes spiritu, mites, qui lugent, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, aut perfectionem, misericordes, mundi corde, pacifici, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Deinde eos hortatur ad iuuandum animas, & glorificandum Deum bonis operibus, eo quod sint sal & lux mundi.

DOCUMENTA.

1. Deus in hac vita vocat ad labore, ut in altera det eternam requiem.
2. Doctrinam Christi recipere gratia est, at non obseruare illam, damnatio est.
3. Qui bonis operibus & bonis consilijs demonstrat peccatoribus & bonis consilijs eos preseruat a malis, est lux vera, & sal mundi, ac ut talis mercedem recipiet.

CHRISTVS IN NAUI.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Contemplare, quomodo Iesus praedicando turbis in terra defessus, cum suis discipulis ascendat in nauiculam, & instar operarij defatigati ad dormiendum se componat.

Inter nauigandum, ecce oritur tempestas tam periculosa, ut Apostoli conterriti confugerint ad IESVM, & excitato dixerint: Magister, salua nos, alioquin perimus. Tunc Dominus

H 2

Ma-

Maiestatis exurgens, imperavit ventis & mari, vt cessarent. & repente secuta est tranquillitas magna.

DOCUMENTA:

1. Qui IESVM habet in anima sua macula, iactari quidem potest, sed non submergi.

2. In aduersitatibus sic ad Deum confugas, vt tamen media ordinaria non negligas: sicut Apostoli, dum refugerent ad Christum, omnem tamen operam suam in seruanda nauis posuerunt.

3. Infelix sis, si resistas tuo creatori quando quidem creatura rationis experientia auscultant & ad nutum obediunt.

CHRISTVS IVXTA
piscinam.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE, IESVM, post factam in templo orationem, adire piscinam ad inuisendum pauperes infirmos petere à quodam paralytico, qui 38. annos ibi expectârat, an sanari vellet, illum que modestè respondere, sibi hominem deesse, qui iuuare queat.

CONSIDERA humilem huius infirmis patientiam, qui neque de Deo, neque de hominibus querebatur, nec sortem suam

MEDITATIONES. 179

am deplorabat: vnde & meruit à CHRISTO miraculosè sanari.

CONSIDERA, IESVM, cum illum ipsum paralyticum postea inuenisset in templo, illi dixisse: Ecce, sanus factus es. Vade, & noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat.

DOCUMENTA.

1. Disce à Christo, prius vacare orationi ad impetrandum auxilium, ac deinde querere sanitatem, ac iuuare proximum.
2. Qui in agitudine patiens non est, corpori nocet, & animam non iuuat.
3. Si recidere non vis in peiorem agitudinem, nempe animæ, frequenta S. Confessionem, qua est optimum ad sanitatem, & præseruationem à malis antidotum.

CHRISTVS TURBAM PASCIT in deserto.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo CHRISTVS, postquam tantam hominum turbam sancto Verbo suo pascit, & infirmos eorum sanauit, eandem voluerit etiam cibo pascere corporali.

COGITA Apostolos diffisos esse de tanto numero saturando; Dominum verò

H 3 NON

non diffisum, cuius misericordia est infinita, & potentia non est inferior voluntate.

Contemplare, quomodo CHRISTUS benedixerit illos quinque panes, & duntaxat pisces, quos habebant, Apostolisque dederit distribuendos, qui eorumque sunt multiplicati, ut post saturata quinque hominum millia, duodecim cophini fragmentorum superfuissent.

DOCUMENTA.

1. Dum provides temporali proximorum necessitati, simul auxilium aliquod ministra pro officio anime.
2. Nemini deest Christus, qui pro se ipse adiunxerit.
3. Alij panes oblectare possunt gustum nostrum, sed quem Christus per Apostolos nobis distribuendum porrexit, valet ad salutandam animam.

CHRISTVS RESPVIT HOMO-
nones mundanos.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Iudæi, cum viderent tam admiranda opera fieri Christo, simulque considerarent beneficia quæ continenter ab eo accipiebant, voluerint eum facere Regem & Dominum suum.

MEDITATIONES. 175.

Verum saluator, quia non dominandi, sed ministrandi causa in mundum venerat, aufugit ab eis, præbens, scilicet, exemplum tibi fugiendorum honorū, dignitatumque mundanarum

CONSIDERA, Dominum non solum non consensisse, ut esset Rex, sed ne loqui quidem voluisse cum ijs, qui eum coronare tentabant.

DOCUMENTA.

1. Si tanta est vis bonorum operum, ut homines existimēt aliquem dignum regno propter illa: quanto magis à Deo in cælo speranda est regia corona ob bona opera eum amore facta

2. Quod Christus respuit coronam, tui docendi causa facit, ut discas in hac vita esse pugnandum, in altera verò victorem coronandum.

3. Verum Christi discipulum decet, nec in magnis, nec in parvis rebus accommodare se mundo.

CHRISTVS CVM MARTHA
& Magdalena.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo IESVS venerit
in domum Marthæ, quantaque-
H 4 de-

deuotione ab ea sit receptus. Et quomodo Maria Magdalena omni cura præparandi omnia reiecta in Martham, confederat ad pedes IESV ad audienda sacra eius obsequia.

PERPENDE, quomodo Martha, relicta sola à sorore, non irascatur contra illam, nec curam parandi omnia deserat, sed tantum per Dominum implorat auxilium.

CONSIDERA, quàm suauiter CRISTVS reprehenderit Martham, quod plura quàm opus esset, præpararet, & Martham laudarit, ob desiderium audiendi diuini verbi.

DOCUMENTA.

1. In communionis sanctæ cum deuotione à te primò suscipiendus est CRISTVS, deinde humili attentione audiendus.
2. Qui in laboribus indignatur, clarat se non laborare propter Deum.
3. Disce à Christo, non ideo, quia te officiosus est quispiam, tibi ab eius correctione, quando erras, esse cessandum.

CHRISTVS EX AVDIUIT
Cananaam.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Cananaam præcæcata sit IESVM, pro filia à demonio.

MEDITATIONES. 177

oblecta: & quamuis Dominus non respō-
derit, illa tamen non destitit sequi CHRIS-
TUM, eiusque misericordiam implorare.

Contemplare, quomodo Dominus
declaravit se eam parui facere, dicens, non
esse bonum sumere panem filiorum, &
mittere canibus: quod dictum illa proba-
uit, & mox humiliter subiunxit, se non
nisi micas quasi catellam, quærere, quæ
cadunt de mensa Dominorum.

Dominus ergo considerans perseue-
rantiam, humilitatem & fidem huius
mulieris, laudavit eam, & concessit, quod
voluit.

DOCUMENTA.

Disce à Cananaa tres Orationis condi-
tiones. Prima est perseverantia nam, cum
nullam responsum accepisset à Christo, pe-
titionem suam iteravit. Secunda est humi-
litas, quia confessã est se esse catellam. Ter-
tia fiducia obtinendi gratiam, non ex pro-
prio merito, sed ex Dei misericordia, ob-

quam fiduciam à Christo Ca-
nanaa est lauda-
ta.

H. S. CHRI-

CHRISTVS TRANSFIGV-
ratus.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo CHRISTVS, in Transfiguratione gloriae suae ostenderit tribus suis discipulis, vt conspecta parte premij ad tolerandas tribulationes animarentur.

CONSIDERA, quomodo, dum Dominus se gloriosum demonstrat, Moyses & Elias colloquantur de Morte, quam illi passurus erat Hierosolymis, multo plura ea persolueno, quam necesse erat.

CONTEMPLARE, quomodo Petrus conspecta Christi gloria, tanta voluptate illi perfusus, vt optaret ibi construi tabernaculum, & perpetua visione illa perfui posset. Quamuis, vt dicit S. Marcus, Petrus nesciret, quid diceret.

DOCUMENTA.

1. Obserua in Christo, quod ignominiam crucis patefaciat toti mundo, gloriam autem suam paucis,

2. Quo amor diuinus in te maior fuerit, hoc maiori desiderio pro Deo patienter flagrabis.

3. Si Petrus, quia tabernaculum et gloria uoluit in terra cum Christo, repraesentare

MEDITATIONES. 179

si fuit, quid illis fiet, qui construunt tabernacula sine Christo?

CHRISTVS AMAT

Puritatem.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Domino nostro tanto peccator placuerit innocentia & puritas, vt dixerit. Sinite paruulos veni ad me: eosque benignè receperit, complexus sit & benedixerit.

Vnde & Apostolis dixit. Nisi efficeretur sicut paruuli, non ingressuros in caelum. Quo sermone eos corripuit: eo quod inter se contendissent, Quis eorum esset maior.

Considera Dominum, ne parui exemplo grandium offenderetur, dixisse. Qui scandalizauerit vnum ex istis minimis, qui in me credunt: expedit ei vt mola asinaria suspèdatur ex collo eius, & submergatur in profundo maris.

DOCUMENTA.

1. *Vae ijs, qui peruertunt, aut impediant iuvenes desiderio seruiendi Deo flagrantes.*
2. *Si ambitio turbauit Christi Apostolorum, quid non faciet ijs, qui Apostoli non sunt?*

3. Si scandalizare proximum in omnibus
est magni peccatum. quanto maius erit in
ijs qui à Deo vocati sunt ad proximos in-
uandos?

CHRISTVM NECESSE
est sequi.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, CHRISTVM cuidam diuici
percunctanti, quid faciendo vitam
æternam obtinere possit, respondisse, si
obseruet Dei mandata. Cumque diues
subiecisset, se ab infantia illa seruasse ad-
didisse CHRISTVM. Si vis perfectus esse,
vade, & vende omnia, quæ habes, & da
pauperibus, ac veni, sequere me.

CONSIDERA, illum, hoc audito, contri-
statum, eo quod diues esset, & multas
possessiones haberet, CHRISTVM verò di-
xisse, Difficile est diuitem intrare in reg-
num cælorum.

DOCUMENTA.

1. Si tantum laboras pro hac misera
& mortali vita, quid non facere debes pro
æterna?

2. Si manere in mundo, & dare ele-
mosynas melius esset, quàm profiteri pa-
upertatem religiosam, Christus illi dixit.

MEDITATIONES. 181

non rectè consulisset, ut omnia bona sua
daret pauperibus, & desereret mundum.

3. Amens es, si propter opes, quas in despe-
dum tuum tandem debes deserere, iactan-
tam facias regni caelestis.

CHRISTVS HORTATUR
ad patiendum.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo mater filio-
rum Zebedæi, instigata à Iacobo &
Ioanne filijs, à Domino petierit, ut
vnus ad dextram, & alter ad sinistram in
regno eius sederet.

Contemplare, quomodo Christus Do-
minus noster ambitionem eorum petiti-
onem reprehenderit, indicans, prius eos
debuisset de pugna & passione, quàm de
præmio & quiete cogitare.

Considera, Dominum manifestasse
Iacobo & Ioanni ipsos aliquando passu-
ros: at non manifestauit eis dignitatem,
quam quærebant: ut discerent seruire Deo,
propter Deum, & non pro suo commo-
do & honore.

DOCUMENTA.

1. Fautor humanus apud Mundi Domi-
nos valet ad obtinendam gratiam: Sed a-
pud Deum valet virtus, & honorum o-
perum meritum.

H. 7.

2. Tit.

2. Tutantum labora in terra : & De
 curam relinquo de premio, quo laborem
 tuum est remuneraturus.

3. Si in hac vita quæris pacem & gaudium
 in altera, actiones tuas non aliò reserui,
 quàm ad Deum.

CHRISTVS VENDENTES
 templo eiecit.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONSIDERA, quomodo Christus
 Hierosolymam ingressus, mox
 ius adierit templum, illudq; in-
 uenerit plenum bestiis & negotiatoribus,
 sic vt potius locus nundinarum, quàm
 Domus orationis videretur.

Cogita, quantum afflixerit Christum,
 videre tanta iniuria affici Patrem suum
 caelestem, in templo, vbi summus ei ho-
 nor deferendus erat, cum ad id fuerit de-
 dicatum.

Aduerte, quemadmodum Christus
 incensus zelo honoris diuini, flagello eie-
 cit tum bestias, tum negotiatores
 menasque & æs numulariorum sub-
 uertat; vt te doceret, quomodo omnes
 affectus carnales, illicitos que contractus
 ex anima tua, quæ est templum Dei viu-
 exterminare debeas.

DOCUMENTA.

1. *Si non conuenit animalia rationis expertia versari in templis: uide ne tu quoque in illo uersere, tanquam animalis homo, omnis deuotionis expertus: uel etiam deterius animali, nemp̄e, cum peruersa intentione.*

2. *In Ecclesia non placare Deum uenerando ipsum, est illum ad iram prouocare.*

3. *Sic tractatur qui in Domo Dei non reuēse gesserit.*

CHRISTVS MALEDIXIT
fici.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Christus adiens ficū, quæ erat iuxta uiam, ut carperet ex ea fructus, & degustaret, non inuenit in ea quicquam, ut habet S. Marcus, præter folia.

Tunc Dominus maledixit ficui his uerbis terribilibus: Nunquam in te fructus nascatur in sempiternum: quibus uerbis prolatis mox ficus exaruit, discipulis obstupescens.

Contemplare in hoc facto, meritò maledici omnem creaturam, quæ non facit, ad quod à Deo creata est.

1. Nimis vicinum esse publica via, & ho-
minum conuersationi, facit, ut homo mul-
tis quidem verbis, sed paucis bonorum &
perum fructibus abundet.

2. Si ficus, idcirco tantum maledicta est,
& exaruit, quod fructum nullum protulerit,
quid fiet illis, qui nullos preferunt nisi
malos & noxios?

3. Considera sepe, ad quem finem à Deo
sis creatus, & fac quod debes: ne arescas, &
ad ignem sempiternum aptus fias, ut
accidit illis, qui nihil boni fa-
ciunt, cum pos-
sint.

FINIS MEDITATIONVM

LITA

LITANIÆ
IN QVIBVS

INCARNATIO

VITA, PASSIO, MORS,
RESVRRECTIO, ATQ.
ASCENSIO.D. N. IESV CHRISTI
recitatur.**K**yrie eleison, Christe eleison, Kyrie
eleison, Christe audi nos, Christe
exaudi nos.

Pater de cælis Deus.	miserere nobis.	
Fili Redemptor mundi Deus.		mis.
Spiritus Sancte Deus.		mis.
Sancta Trinitas vnus Deus.		mis.
Iesu Christe sanctissime.		mis.
Iesu Christe pijsissime.		mis.
Iesu Christo Redemptor noster.		mis.
Iesu Christe, qui pro redemptione mun- di de cælis descendisti.		mis.
Iesu Christe qui ab Angelo Gabriele æ- terni Patris iussu Mariæ Virg. nuncia- tus fuisti.		mis.
Iesu Christe qui B. Virginis Mariæ humi- libus verbis prolatis in eius virginali vtero conceptus fuisti.		mis. Iesu:

Iesu Christe, qui nouē mensū spacio vir-
ginalibus claustris inclusus fuisti *mis.*

Iesu Christe qui post temporis plenitudi-
nem in Bethleem Iudæ nasci voluisti *mis.*

Iesu Christe qui vt eximiam humilitate
ostenderes in vili Præsepio reclinatus
fuiisti *mis.*

Iesu Christe qui cum totum orbem regere,
locum in Natiuitate tibi deesse per-
misisti *mis.*

Iesu Christe qui in felicissima ortus tui
nocte ab Angelis laudari suam conce-
tu voluisti *mis.*

Iesu Christe qui totum orbem tua Nati-
uitate collustrari voluisti *mis.*

Iesu Christe qui ab Angelo Pastori bus
nunciatus fuisti *mis.*

Iesu Christe qui ab eisdem pauperula
visitari dignatus fuisti *mis.*

Iesu Christe qui stella duce à Regibus ca-
muneribus te venerari permisisti. *mis.*

Iesu Christe qui vt sæuientis Regis rabie
effugeres, in Aegyptum Angeli mo-
nitu à parentibus ductus fuisti *mis.*

Iesu Christe qui Doctorum sapientiã ab-
huc puer in templo superaisti *mis.*

Iesu Christe qui humilibus personis sub-
iectum esse non recusasti *mis.*

Iesu Christe qui ætate iam roborata aqua
san-

sanctificandi vim tribuere voluisti mis.
 Iesu Christe qui sanctissimū regeneratio-
 nis Lauacrū, in iordane instituisti mis.
 Iesu Christe qui post Columbæ descen-
 sum, Lauacrumq; susceptum, ad sin-
 gulare certamen ingredi voluisti mis.
 Iesu Christe qui in deserto à diabolo ten-
 tari, eumque viriliter superare voluisti
 mis.

Iesu Christe qui peracto quadragenario
 Ieiunio discipulos tuos elegisti mis.

Iesu Christe qui post tot prædicationes
 ac miracula horam mortis tuæ disci-
 pulos monuisti mis.

Iesu Christe qui in vltima coena tuā pro-
 ditorem sæuissimū verbis ostendere
 voluisti mis.

Iesu Christe qui Agnum Paschalē vt legi
 Dei obediens cum discipulis comede-
 re voluisti mis.

Iesu Christe, qui in eadem coena Corpus
 tuum sanctissimum, ac pretiosum san-
 guinem consecrare, ac discipulis tuis
 in tui memoriam tradere voluisti mis.

Iesu Christe qui stupendissimū humili-
 tatis exemplū in discipulorū tuorū pedū
 ablutione nobis relinquere voluisti mis.

Iesu Christe qui etiam Iudæ proditori in-
 gratissimo pedes lauare voluisti mis.

Iesu Christe qui post mellifluum oris tui
 sermo-

sermonem cum Discipulis in hortum
vt orares porrexisti

Iesu Christe qui assumptis tribus Disci-
lis ad Orationem agenda[m] te præpa-
rare voluisti

Iesu Christe qui in Oratione tua sancti-
sima sanguinis & aquæ sudorem emi-
sisti

Iesu Christe qui in eadem Oratione non
mortis tædio, sed hominum perditio-
ne doluisti

Iesu Christe qui post Orationem tuā fan-
tissimā cohortem innumerā cū uol-
proditore in te incidere vidisti

Iesu Christe qui verbo tuo hostes pauce-
cere, nec nō in terrā cadere fecisti

Iesu Christe qui à Iuda osculo traditus
impijs Iudæis capi, & ligari permisisti

Iesu Christe qui corā scelestis, ac nefarijs
iudicibus velut reus ductus fuisti

Iesu Christe qui à falsis testibus diffama-
tus fuisti

Iesu Christe qui ab Herode velut demer-
ac furiosus sperni voluisti

Iesu Christe qui Pilati iussu, verberibus
plurimis ad columnam ligatus affli-
ctus fuisti

Iesu Christe qui à Pilato vt innocens ag-
nus coram populo manuū abluitione
à dicitur

à dicēte, Ecce homo ostēsus fuisti mis.
 Iesu Christe cuius sanctissimis auribus
 sæpius Crucifige ab impijs conculcatū
 fuit mis.
 Iesu Christe qui diram mortis sententiā
 ab impio iudice prolatam subire vo-
 luisti mis.
 Iesu Christe qui antequam ad mortem
 ducereris, varijs vestibus pro ludibrio
 indutus fuisti mis.
 Iesu Christe qui crucē grauissimā hūme-
 nis tuis sanctissimis baiulare voluisti
 mis.
 Iesu Christe qui mulieres prætereuntes,
 ac flentes consolari voluisti mis.
 Iesu Christe qui simoni Cirenæo crucis
 partem imponi permisisti mis.
 Iesu Christe qui in monte Caluarie ex-
 poliatus vestibus in Cruce extensus
 fuisti mis.
 Iesu Christe qui neruis, ac ossibus violen-
 ter detractis cruci tribus clavis affixus
 fuisti mis.
 Iesu Christe qui manibus pedibusq; per-
 foratis crucique affixus nudus extolli
 voluisti mis.
 Iesu Christe qui in cruce pendens à præ-
 tereuntibus blasphemari; & contem-
 ni permisisti mis.
 Iesu Christe qui patrem, vt inimicis tuis
 pat-

parceret rogare voluisti
 Iesu Christe qui latroni in cruce pendenti

Paradisi præmiū largiri voluisti

Iesu Christe qui Matri tuæ sanctissimam
 Ioannem, ipsique matrem in ætiffi-
 mam commendasti

Iesu Christe qui animarum salutem cupiens,
 eam verbo sitio ostendisti

Iesu Christe qui cum acetum gustasset
 piè benigneq; consummatum est dixisti

Iesu Christe qui Patri tuo sanctissimo
 matrem piissimam humiliter commendasti

Iesu Christe qui pro mundi redemptione
 emissâ voce magna, in cruce spiritum
 emisisti.

Iesu Christe qui in latere post mortem
 lancea perforatus fuisti

Iesu Christe cuius sanctissimū corpus ab
 Ioseph ab Harimatia, & Nicodemo discipulis
 tuis in monumētū nouū recōditū fuit

Iesu Christe cuius sanctissima anima
 inferos, vt Sanctorum Patrum animas
 eriperet descendit

Iesu Christe qui tertia die con fractis
 visceribus mortis victoriosus à mortuis
 surrexisti

Iesu Christe qui post Resurrectionem

sanctissimam Matrem tuam dilectam
 discipulosq; mortis tuæ pauidos, blā-
 de consolari voluisti mis.
 Iesu Christe qui tribus Discipulis in E-
 maus euntibus in via apparuisti mis.
 Iesu Christe qui in littore discipulis locu-
 tus fuisti mis.
 Iesu Christe qui Mariæ Magdalenæ in
 Hortulani forma apparuisti mis.
 Iesu Christe qui in Cœnaculo discipulis
 tuis propter metum Iudæorum inclu-
 sis pacem nunciare voluisti mis.
 Iesu Christe qui in monte Oliueti disci-
 pulos Fidem mundo prædicandam e-
 docuisti mis.
 Iesu Christe qui post suauem cum disci-
 pulis colloquium videntibus illis à nu-
 be susceptus fuisti mis.
 Iesu Christe qui ad cælos comitantibus
 Angelis ascendisti mis.
 Iesu Christe qui ad dexterā Dei sedēs, cæ-
 lesti gloria perfrueris in æternū mis.
 Iesu Christe qui nobis ad cælum aditum
 Ascensione tua sanctissima referasti mis.
 Iesu Christe qui cunctos ad te venire piè
 inuitas mis.
 Agnus Dei , qui tollis peccata mundi,
 parce nob.
 Agnus Dei , qui tollis peccata mundi,
 exaudi nos Dom.

Agnus

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi
 mis. nob.

Christe audi nos, Christe exaudi nos
 Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie elei-
 son. Pater noster, &c. Et ne nos &c.
 Ref. Sed libera &c.

Verf. Domine exaudi orationem meam
 Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui
 pro redemptione mūdi de sinu Patris de-
 scendisti, humanamq; carnem assumere
 nobiscum versari, ac impiè à ludæis pos-
 tot calamitates, & ærumnas, quas pro no-
 bis miseris passus, & capi, ligari, flagella-
 ri, conspui, spinis coronari, crucis patibuli
 lum subire, in sepulchro cum aromatibus
 sepeliri, tertia die resurgere, ac deniq; ad
 cælos ascendere voluisti; præsta nobis fa-
 mulis tuis ea animi humilitate laborum
 horum tolerantiam cōtemplari, vt in hac
 vita ea ad tui imitationem agere, & per-
 valeamus, & æterna vita perfruamus.
 Qui viuis & regnas &c.

Verf. Benedicamus Domino Resp. Deo
 gratias. Verf. Iesus Resp. Sit nobis Iesus
 Amen.

FINIS.

R. P. LVCAE
P I N E L L I
S O C I E T A T I S
I E S V

MEDITATIONES DEVO-
tissimæ in Vitam Sacratissi-
mæ Virginis MA-
RIÆ.

Cum

HISTORIA VITÆ EIVS EX
veteribus S. Patribus desumpta.

NUNC EX ITALICO IN LATI-
num translata à R. P. IO ANNE BV-
SAEO Societatis Iesu
Theologo.

COLONIÆ AGRIPPINÆ

Sumptibus Arnoldi Mylij.
ANNO MD. LXX. III.

ILLVSTRIS
MAE CONGREGA
TIONI NATIVITA
TIS BEATISS.
VIRG. MARIAE.

Quæ est
NEAPOLI IN DOMO PRO
fessa Societatis IESV.



X India vtraq; Orientali
Occidentali, Illustrissim
mini, recenter cognomin
nouellos illos Christian
munificæ ad pietatem Christianam
mari per litteras annuas, quæ quot
hinc de exercitijs pji: que operibus
etæ Congregationis vestræ perscribit
dum vero intelligunt & Principes
multos iisdem vacare exercitijs, in
modum obstupescere. Quid ergo
rent, si oculis coram cernerent qu
studio & deuotione toto anni dec
Duces, Marchiones, Comites, aliq
gnates & Equites concurrant ad cel
dum festa, & frequentanda Sacram
in Congregatione? quid facerent, si
rent, qua religione diuina officia
quo scasu corpus Domini suscipiãt

DEDICATORIA. 296

humilitate Sacro Missæ inferuiant, quæ
promptitudine pœnitentias, aliosq; mor-
tificationis & deuotionis actus faciant.
Neque enim dubitò eos, si præsentibus hæc
spectarent, in maiorem longè admiratio-
nem rapiendos. Siquidem similium a-
ctionum iudices, æstimatoresq; melio-
res sunt oculi, quàm lingua, vel calamus:
& res coram spectata efficacius valent ad
mouendum, quam scriptæ, vel auditæ.
Certe si hæc illustrissima Congregatio
nihil aliud in Ecclesia Christi ageret, quàm
quod tenellis illis plantulis bonum ex-
plum vitæ Christianæ præberet, omni-
um sapientium iudicio labores suos & su-
dores cum magno fructu spirituali im-
pendisset. Verum sunt alia multa eius o-
pera magna laude & remuneratione dig-
na, inter quæ studium illud singulare
subueniendi egenis per copiosas eleemo-
synas, (quas sponte in vnum confertis,
more in Congregatione recepto) est Deo
gratissimum, multoq; maioris momē-
ti, quam apparet. Nam, præterquam
quod eas fideliter, & in veros pauperes,
quos mendicare pudet, erogetis: simul
etiam sanctis vestris montis eos hortami-
ni ad patientiam, ad preces & Sacramenta
frequentanda: itaque dum non minus
animas iuuant in egestate spirituali, quàm
I 2 corpora

corpora in necessitate temporali, opus po-
 tius diuinum præstatis, quàm humanũ.
 O quot foeminae honesto loco natae in
 diuturna hac annonæ caritate vndique
 dispersæ aberrassent, si à benedicta Congre-
 gatione vestra adiutæ non fuissent? O
 quot familiarum capita in extremam de-
 sperationem incidissent, si à Congre-
 gatione non accepissent consolationem? O-
 mmitto quoties pacem inter discordantes
 firmaueritis, Taceo preces, aliæque vota
 pro Congregationis defunctis facta, disci-
 plinas, meditationes, aliæque exercitia
 pia, quæ longum esset percensere. Et
 fortè Dominationes vestras offendere, si
 latius ista persequi vellem; quæ cum pe-
 tatem solidam sectentur, & ad veram
 perfectionem Christianam aspirent, ma-
 lunt priuata sua pietatis exercitia aliis
 esse ignota: quod argumentum clarissi-
 mum est, eas in ijs non hominum, sed
 Dei vnus gloriam quærere. Quamquam
 in exemplum & salutem aliorum Deo
 non patitur ea diu delitescere: quod ap-
 dit in multis Sodalibus, quorum opera
 cum hanc vitam cum meliore commu-
 tassent, eximia & admiranda patefecerunt
 sunt. Itaque cum felix Congregationis
 vestrae progressus me permouerit, vta-
 derem præsentem libellum de vita
 Virginiæ

DEDICATORIA. 197

Virginis MARIAE illi dedicare: non dubi-
to illum vobis fore gratum non ob præ-
stantiam operis, quod exiguum est, sed
quia in eo de nobilissimæ Congregatio-
nis vestræ Domina & Patrona tra-
datur Ex Collegio Societ.
IESV. 3. Septemb.
1593.

Addictissimus omnibus in
Christo servus

Lucas Pinellus.



CHRISTIANO PIOQ
LECTORI.

VM in hac nobilissima
 Neapolitana, pie Lector, p
 me sint Sodalitates de
 gloriofissima virg. & benedicti
 Matri Dei, qua crebro una conueniunt
 non modò ad laudandam & honorandam
 Reginam caeli, sed etiam ad exercendam
 orationem mentalem, qua medium est
 cacissimum ad emendandam, recte
 tuendam vitam. deinde superioribus
 visum esset, è re sodalium fore si Com
 dium aliquod breue de Vita B. Virg. m
 nes haberent, ad instituendam rectius
 ditationem, prorsus in animum induci
 Libellum conficere in quo primò conti
 tur historia Vita & morum D. Virg. M.
 RIAE fideliter ex veteribus S. Patrum
 bris excerpta. E regione vero historia
 locata sunt Imagines vitam B. Virg.
 primentes. Experientia enim docuit
 magines multum hominem iuuari, r
 tus & collectus sit in meditatione. In
 ginibus subiecta sunt tria breuia puncta
 meditandum, vel ex historia B. Virg.
 ex alijs pijs considerationibus desumptis

ut suppetat cuique ad meditandum mate-
 ria intellectus siquidem, factis aliquo prin-
 cipio, facilius postea per se discurret, & va-
 rios spirituales conceptus excogitat, quibus
 anima seipsam reficit, & cognoscendo se
 malum proficit. Postremo adduntur tria
 documenta tribus meditationis punctis re-
 spondentia: qua si practicè obseruentur,
 non dubium est, quin maximo adiumento
 futura sint, ad dirigendam conformandâ-
 que vitam & actiones nostras cum vita
 beatis. Virginis, cæli Reginae Neque mire-
 ris Christiane Lector, à me tibi in hoc il-
 bello imitandos proponi **MARIAE** Virgi-
 nis mores: confitetur enim Sophronius **M.A-**
RIAM esse formam esse & regulam disci-
 plinae Christi, à Deo hominibus post Chri-
 stum, primum perfectionis exemplar, mor-
 talibus concessam. Et Rupertus affirmat,
 Christum in calum ascendentem reli-
 quisse nobis Mariam in fidei via, & Christi-
 ana Magistram. Ante utrumque virò
 magnus ille Martyr **IGNATIVS MA-**
RIAM appellavit religionis Christiana
 Magistram Quod magisterium potius ope-
 ribus, & perfectarum solidarumque vir-
 tutum exemplis demonstravit, quam ver-
 bis. Quare, qui bene considerat, progres-
 sum vita Mariae, apertè deprehendet
 I * diuis-

diuina prouidentia nuda ita institutam ab
 ea vitam, ut exemplum recte uiuendi om
 ni generi hominum in Ecclesia Christi pra
 buerit. Quod perspicue demonstrabi haec
 breui sermocinatione Vixit B. Virgo Ma
 ria à tertio aetatis anno usque ad deci
 mumquartum in templo Hierosolymitano
 inter Virgines: ubi, dum omnes huius mō
 di uirtutes respuit, dum promptè omni
 obsequium praestat eius loci superioribus,
 diligenter vacat orationibus sanctūq; me
 ditationibus, omnesq; humilitate & ma
 d. stia edificat, documentum reliquit illu
 stre tum Virginibus, tum Religiosis, unius
 que secundum suum statum. Ab anno
 uero decimoquarto usq; ad quadragesi
 mum quintum circiter annum fuit ma
 gistra cōiugarum & Matrum familiae.
 Licet enim esset angelorum regina & Do
 mater, plena omni gratia, & sapientia, mi
 hilominus sponsam suam Ioseph honora
 bat, & reuerabatur, ac pacem concordiam
 quocum eo studiosè colebat, In re domes
 tica deinde curanda, & Christo filio suo
 educando erat diligentissima Sic enim pa
 tiebatur tempus, ut officia domestica non
 impedirent orationes, nec ha interturbaret
 externa negotia. In reliqua parte uita
 que secundum communem opinionem, at
 tigit sexagesimum tertium annum, fuit
 exim-

AD LECTOREM. 201

exemplar & Magistra Viduarum ac pauperum. quia in statu viduitatis, inquit, S. Brigida, *MARIA* velut mortua mundo, tota vixit Deo, & contemplationi caelestium dedita vitam diuinam potius quam humanam traduxit. *Victus* eius erat paruus & frugalis more pauperum. Imò quidam tradunt, *MARIAM*, post *CHRISTI* ascensionem, instar viduarum Hebraeorum vitam tolerasse ex communibus elemosynis & collectis, que in primitiua Ecclesia ad alendos egenos fiebant, Denique exemplo suo docuit, quemadmodum quisque se gerere debeat tam in prosperis rebus & secundis, quam in tristibus & aduersis. Nam in omnibus donis & charismatis, quae illi à Deo contingebant, toto corde se humiliabat & abiecit, ut liquet ex illustri exemplo illo, quod dum in matrem Dei eligeretur, & ab angelo Gabriele id ei annunciaretur, se appellauerit ancillam Domini. Et ex alio, dum, visitando B. Elisabeth, magnificè ab ea, ac ut mater Dei salutaretur, ipsa magnificauerit Dominum, hoc est, Deo auctori illud donum tribuerit. Vnde discimus in rebus prosperis nos humiliare, & Deum magnificare. In Tribulationibus deinde tam praclaro exemplo fuit, ut si afflicti in hac vita ex-

pendere tribulationes, quas in hoc mundo patiuntur, non possint videri tante, quanta videntur esse. Exemplo sit B. Virgo MARIA, quae in hac vita aliud bonum non habuit, quam unum filium omnium beatitudinis & perfectionis. erat enim simul DEVS & homo. Hunc autem filium vidit per meram invidiam accusari, & ad acerbiores cruciatus, quam cogitando quae assequi possit, ac denique ad ignominiosam, mortis crucem condemnari. Deinde inter duos latrones, sine ulla spe eum solandi animam efflare. Ecce illam, neque erga invidiosos accusatores ira succensam, neque impietatem iudicum deplorantem, neque Apostolos arguentem, quod Magistrum suum deseruissent, sed omnem iniquitatem & immanitatem incredibili animi robore sustinentem. Neque hic finem habuere a rumna MARIAE. Dicit enim Artopaus, eam post ascensionem Christi magnas persecutiones à quibusdam maleuolis & sceleratis Iudaeis perpassam, qua eam multum calumnijs & mendacijs onerabant, eorum illa patientia sua, & precibus ad Deum persecutoribus suis fuis omnium eorum malevolentiam vincebat.

Accipe ergo, amice Lector, hoc tam perfectum exemplar & speculum perfectionis
Chri

tamen arte aut humana industria. Oculi viuares, & cæsi, cum pupillis oliuæ colorem exprimentibus. Supercilia decenter nigra & inflexa. Nasus erat mediocri, labia instar coralli florida, facies longior, manus quoque & digiti.

In conuersatione erat affabilis, sed grauis, pauca loquebatur, nec nisi necessaria libenter honorabat omnes, verecunda, modesta, expers risus & fastus, omnisque perturbationis. B. Ignatius celebris Martyr, qui eius tempore vixit, in quadam epistola, postquam MARIAM appellasset exemplar penitentia, ut Magistrâ Christianæ religionis, ait ex multis mundi partibus homines confluxisse ad spectandam B. Virginem, tanquam cæleste prodigium, & sacratissimum spectaculum, quibus tam admiranda videbatur, ut incredibili gaudio afficeretur, quotquot eam cõspexissent, vel allocutæ essent. Inter quos fuit & magnus Dionysius Areopagita, qui obstupescens ob Mariæ maiestatem, morumque eius Sanctitatem, cum notasset in ea diuinum quendam splendorem, dixit, si sibi non fuisset reuelatus CHRISTVS tanquam Deus, se facile in eam sententiam induci potuisset nullum esse Deum præter MARIAM. Quare & Beatus Chrysostomus Eccle-

Christiana, hortorq; te, ut si hodie fru-
am aliquem pro anima tua ex eo capere
potes, non expectes in crastinum. Com-
mendo tibi quoque honestatem, puritatem
que mentis, qua & aptiorem te ad medita-
tionem reddet, & B. Virgini cariorem, qua
castorum summa est patrona. Denique hor-
tor te, ut exerceas documenta, qua te di-
rigent ad bona opera prestanda, & refre-
nandas nostras inordinatas passiones &
cupiditates. Qui enim bonos faciunt dis-
cursus, & sublimes conceptus in me dita-
tione inveniunt, nec tamen factis ex-
plent animi proposita vel documenta per-
inde faciunt, ac qui concionem audiunt
optimis consilijs refertam, nihil tamen eo-
rum, que audiunt, prestant

DE STATURA ET MO-
ribus B. Virg.

Excerpta ex S. Patribus.

Niceph.

Eccl hist.

l. 2. c. 23.

STATURA MARIÆ virginis fuit
mediocris. licet quidam, ut testatur Cedren in
Nicephorus, velint eã paululum ex- compend:
cessisse mediocritatem. Color ad fuscedi- hi. Ansel.
nē magis, quã ad candorē declinabat non Can. de B.
abulmili coloris tritici Capilli flauis, nulla maria lib.
tamen s. c. 13.

tamen arte aut humana industria. Oculi viuares, & cæsi, cum pupillis oliuæ colorem exprimentibus. Supercilia decenter nigra & inflexa. Nasus erat mediocri, labia instar coralli florida, facies longior, manus quoque & digiti.

In conuersatione erat affabilis, sed grauis, pauca loquebatur, nec nisi necessaria libenter honorabat omnes, verecunda, modesta, expers risus & fastus, omnisq; perturbationis. B. Ignatius celebris Martyr, qui eius tempore vixit, in quadam epistola, postquam MARIAM appellasset exemplar pœnitentiæ, vt Magistrâ Christianæ religionis, ait ex multis mundi partibus homines confluxisse ad spectandam B. Virginem, tanquam cæleste prodigium, & sacratissimum spectaculum, quibus tam admiranda videbatur, vt incredibili gaudio afficeretur, quotquot eam cōspexissent, vel allocutæ essent. Inter quos fuit & magnus Dionysius Areopagita, qui obstupescens ob Mariæ maiestatem, morumq; eius Sanctitatem, cum notasset in ea diuinum quendam splendorem, dixit, si sibi non fuisset reuelatus CHRISTVS tanquam Deus, se facile in eam sententiam induci potuisset nullum esse Deum præter MARIAM. Quare & Beatus Chrysostomus Eccle-

sz Doctor MARIAM vocat mundi miraculum.

HISTORIA CONCEPTIO-

nis B. Mariae.

DVE fuerunt Cōceptiones MARIAE.
 Vna aeterna in mente Dei, quando
 eam praedestinavit in matrem Salvatoris
 mundi, eique excellentiora dona assigna-
 vit, quam vlli vaquam creaturae pura cō-
 cella fuerint. Vnde Nazianzenus ascribit ^{a in Trag.}
 nullam creaturam posse comparari MA- ^{de Chr. pat.}
 BIAE, eò quod in gratia & perfectione o-
 mnes antecellat. Altera Conceptio facta
 est in utero B. ANNAE, secundum Abulē ^{h in cap. 2.}
 sem b 394.6. annis à mundi creatione. Pa ^{Mat. q. 91.}
 ter eius fuit Ioachim, ambo genere & vir c ^{cont Coll.}
 tate nobiles, qui, vt Epiphanius c & alij ^{har. 70.}
 scribunt, licet essent senes, multisque an- ^{Nic. Eccl.}
 nis in matrimonio vixissent steriles, ta- ^{hist. l. 1. c. 70.}
 men quia magnam spem habebant in ^{Niss. de his.}
 Deo, continuis orationibus, ieiunijs, elee ^{Chri. gen.}
 mosynis ab eo prolem, cum adiuncto vo-
 to eam diuino cultui consecrandi, flagita- ^{d tom. 4. de}
 bant. Legimus in libris S. Hieronymi ^{d Natiu. B.}
 eos quotannis suas facultates distribuisse ^{Virg.}
 in tres partes, vnam que templo, eiusque e ^{Beda in}
 ministris, alteram pauperibus & peregris ^{mart. Petr.}
 nis attribuisse, tertiam sibi reseruasse. De ^{Can. de B.}
 nique post annos viginti gratiam conse- ^{Maria li. 1.}

cuti sunt; & Anna, octavo Decembris die
concepit nostram semper benedictā Ma-
riam.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE, quomodo DEVS cū
celegisset B. Virginem MARIAM in
vnigeniti filij sui matrem, eam magna p-
fectione exornārit, mos enim eius est gra-
tiam aliāque dona elargiri, conuenienter
officio & dignitati.

2. Contemplare, quomodo Maria
quoque præsēruata fuerit à peccato origi-
nali. Nam cū Deus id facere posset, non
solum id fieri conueniebat, sed in maiore
Christi honorem redundabat, habere
matrem, quæ nunquam fuisset Deo ini-
mica, & Diabolo subiecta, vt sunt omnes
qui in peccato originali concipiuntur.

3. Contemplare, quomodo B. Anna
vterum gestans admirabiles animi affe-
ctus senserit: nam gratia Mariæ tam erat
excellens & copiosa, vt etiam redundaret
in matrem.

DOCUMENTA.

1. *Fili, ne in officia & dignitates te in-
geras; Deus enim gratiam largitur ijs, qui
se ad dignitatem sunt electi.*

2. *Si peccatum originale facit vt ho-*

MEDITATIONES. 207

mo sic subiectus Damoni, & exosus Deo,
quid faciet peccatum actuale? fuge igitur
illud, non secus quam mortem.

3. Si mirabiles vis experiri affectus,
fac ut Mariam gestes in pectore.

HISTORIA NATIVITA-
tis B. Mariae.

SCRIBUNT Epiphanius, ^a & Germanus ^{a cont. Coll.}
Patriarcha ^b cum parentes B. Virginis ^{her. 70.}
secessissent, Ioachim quidem in desertu ^{b ser. de obli}
montem, ubi ieiunavit 40. dies; Anna ve ^{Mar.}
ro in hortum ad precandum Deum, vt
sterilitatis ignominia liberarentur; ^c an- ^{c Etiam S.}
gelus reuelauit Ioachimo, eum habituru ^{Brig. l. i. re}
prolem, Annamque iam concepisse. Ita ^{uel. c. 9.}
que, quo tempore in Iudaea regnabat He
rodes dumæus, qui per vim & fraudes
sceptrum abstulit à tribu Iuda, primusque
fuit inter alienigenas Iudæorum Reges,
(in quod tempus, secundum vaticinium
Iacob, deputatus erat Messie aduentus:) ^{d Gen. c. 49}
Nata est Maria, hoc est, anno post mundu ^{e Abul qui}
e conditum 3947. die 8. Sept. nõ sine my- ^{91. in ca. 2.}
sterio Nam hoc ipso mense secundum Iu ^{Matth.}
dgos Eua est à Deo in paradiso terrestri cre ^{in Ioan. 6.}
ata, f Theophylactus, & g Euthymius vo ^{g ibid.}
lunt Mariam fuisse vnigenitam filiam An ^{19.}
nz, quæ nullum maritum aliũ habuerit
per Ioachim. neuter quoque alios libe

ros habuerit, nisi Mariam. Quando autē
Ioannes Euangelista Mariam Cleophae
appellat nostrae Mariae Virginis sororem,
intelligi debere cognatam, sicut Sara di-
cta est soror Abraham, id est, cognata.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONSIDERA, quantum gaudium
Mariae natiuitas attulerit parenti-
bus suis, quam mox natam proculdubio
magna deuotione obtulerunt Deo.

2. Contemplare, quomodo haec coele-
stis aurora suo ortu laetificans caelum &
terram imponat finem obscurae damna-
tionis nocti, & initium foelix faciat diei
salutis.

3. Contemplare, quomodo Maria sit
domus illa, in qua Rex gloriae erat sedem
suam fixurus, in usum illius exstructa: cui
cum non defuerit sapientia ad eam cri-
gendam, nec potentia ad ornandam, cre-
dendum est fuisse absolutissimā, & quan-
ta in creaturam competere potuit, perse-
ctiōe dotatam.

DOCUMENTA.

1. *Fili, si agnoueris omnia bona tua
esse à Deo, non solum ea Deus amplius be-
nedicet & perficiet, uerum etiam noua ac-
cessione augebit.*

2. *Si uel per peccata fueris caecus, uel*

MEDITATIONES. 209

per passiones oculis mentis debilitatus non
persuervis aurora, minus Sole; hoc est, care-
bis favore Maria, & Christi filij eius gra-
tia.

3. Tu quoque potes esse domus Dei, mo-
do in te non habitet, nec peccatum, nec ma-
litas ei exosa.

HISTORIA PRÆSENTATIO-
nis Mariæ Virg.

CUM Maria virgo trium esset annorum,
Joachim & Anna eam secundum vo-
tum suum præsentarunt Sacerdotibus
templi, qui, ut affirmant a Euodius, & b
Nicephorus eam susceperunt tanquam do-
num pretiosum Deo consecratum, ut in
templo cum Virginibus educaretur. Scri-
bit Nyssenus, c in templo fuisse locum se-
paratum pro virginibus Deo consecratis,
& in eo vixisse Mariam, ad quem locum
nullis foemina coningatis aditus dabi-
tur, d Origenes, & e Cynillus Alexandri-
nus aiunt Mariam etiam post genitum
Christum, tanquam virginem ad illum
locum aditum retinuisse, quem morem
contra Iudæorum reprehensionē dedit Za-
charias Pater Ioānis Bap̄t. partus virginis
consciis. f Vixit Maria in templo vnde
cim annis nec exiit ab eo, teste g Cedre-
no nisi necessitate coacta ad B. Elisabeth
pro-

a in sua ep̄
b Eccl̄ hist.
l. 1. ca. 7.
c De humi-
Chr̄ gener.
d in Matt.
tract. 26.
e l. adu. An-
trop. ca. 22.
f Euod. ib.
g in Comp-
hist.

*hho. de obl.**Virg.**i lib. 1. de**Virg.**k ib. Canif.**de B. Mar.**li. 1. c. 12.*

cognatam suam, cuius habitatio erat proxima templo. Addit, *h* Georgius Nicomediensis, & confirmat, *i* Ambrosius, Mariam crebro ibi ab angelis fuisse visitatam. Anno verò octavo habitationis in templo, qui erat undecimus ætatis, auctore

k Cedreno, utroque parente orbata est.

PUNCTA MEDITATIONIS

1. CONSIDERA Ioachim & Annæ diligentiam in voto explendo simul, atque enim Maria fuit ablactata, Sacerdotibus templi eam præsentarunt.

2. Contemplare, quantam consolationem acceperint Sacerdotes ex aspectu Mariæ puellulæ tam modestæ & deuotæ, quamque singulari animi affectu & reuerentia, ita à Deo docti, eam tanquam incrum quoddam depositum inter Virgines templi conseruandum susceperint.

3. Contemplare deuotionem, qua Maria seipsam Deo obtulit, quantumque corde exultarit, quod puellarem ætatem confingere deberet separata à mundo, in loco sacro, & exercitijs sanctis.

DOCUMENTA.

1. Displicet Deo utrumque, & non satis facere voto, & sine causa legitimam eius expletionem differre.

2. Fr.

MEDITATIONES. 217

2. Fili, habere rationem rerum Deo con-
secratarum. quicquid enim honoris vel cō-
temptus illis factum fuerit, id Deus sibi fa-
ctum reputat.

3. Semper, fili mi, vere consolationis ex-
parsi eris, nisi te, saltem affectu, à rebus flu-
xibus caducis vanis & fallacis mundi hu-
ius separaueris.

HISTORIA DE VITA A

Mariae acta in Templo.

Quo tempore Maria inter virgines tē-
pli versata est, teste Andrea Creten-
si, tanto studio vacabat diuinarum litterarum
lectioni, vt totam legem, librosque
prophetarum menti omnino insculps-
erit. Ait Sabellicus, Mariam totum diem
distribuisse in hunc modum: Mane tres
horas impendebat orationi & deuotioni.
Inde vsque ad meridiem cum alijs virgi-
nibus laborabat, & saepe in lana. Post pran-
dium legebat sacram Scripturam. c. 5. Bri-
gida prolixè describit mores eius in ætate
puellari. Inter alia hæc refert: Erat con-
templatrix pecuniæ & facultatum externa-
rum. Vnde quicquid poterat, in pauperes
erogabat. Nulla res eam oblectabat, nisi De-
us solus. Libèter & crebrò loquebatur de
Messia. ab huius colloqjs quoad poterat, se-
sc-

a de dormi.
Deip.

b in libr. 2.
exemp. c. 4
& ca. 9.

c in l. 1. rem.
c. 10. & l. 3
c. 8 Et Ga-

latin. lib. 7.
de arcan.
Cath. var.
c. 5.

*d in com
pend. hist.
Canis. de B.
Mar. lib. 1.
cap. 13.*

separabat. Corpus suum, cuius curam gerebant angeli, animæ subiectum esse volebat. Sic erat moribus composita, & tam modesta, ut omnes intruentes ad devotionem commoueret, *d* Narrat Cedrenus Mariam cum esset annorum duodecim, media nocte precibus intentam audisse hæc verba: Paries meum filium, quod nulli hominum vsque ad Ascensionem CHRISTI in coelum patefecit.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIA 10:0 tempore quo vixit inter virgines Templi, viuum fuerit perfectionis exemplar. Nam cum illa Deum semper sibi præsentem cogitaret, in omni rememorata, quid ageret.

2. Erat quoque MARIA ob modestam suam sanctitatem & prudentiam ab omnibus suis sodalibus amata, ad eamque tamquam magistræ suam solatij vel consilij capiendi causa confugiebant, quas illa benignè admittebat, consolabatur, & verbis pariter ac exemplis vitæ suæ in officio tenebat.

3. Contemplare, quomodo omnes illæ virgines magna reuerentia prosecutæ sint MARIAM. Quibus illa erat non solum speculum virtutum: sed etiam laborabat in

din 3. pa. q. 28. a. 4. cde 5. Virg. 1. 4. *te, d. S. Thomas, cum & Augustino affirmat, Mariam ante desponsationem propositum virginittatis habuisse; post initium verò Matrimonium cum Iosepho, utriusque communi consensu votum perpetuæ virginittatis fecisse. Ut ut sit. Duo in hac re sunt certa. Vnum est, Prius Mariam emisisse votum virginittatis. quàm ab angelo salutaretur sicut paulò post dice-*

tur f. Alterum est, Mariam, ut testatur g. in ho. de Beda, h. Rupertus, & i. Abdias, primam annunt. & inter scæminas, quot quot ab exordio mundi serm. 4. de di fuère, perpetuo virginittatis voto assumpt Deo consecrasse.

hl. 3. in Cã. **PVNCTA MEDITATIONIS.**
in vita D. 1. **C**ONTEMPLARE, quomodo Deus or *Barthol.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si *Canis. de B.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si *Mar. lib. 1.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si *cap. 14.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si

1. CONTEMPLARE, quomodo Deus or *Barthol.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si *Canis. de B.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si *Mar. lib. 1.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si *cap. 14.* **C**oncederet Mariam nubere, ne si

2. Contemplare, quomodo MARIA etiam si sponsum suum Ioseph prudentiam & sanctitate superarit, eum tamen tantquam superiorem veneratus sit, in eum ad in eo Deum, qui eum sibi concesserat.

3. CONTEMPLARE, quomodo MARIA non neglectis ynquam pietatis officijs, diligentissima fuerit in administratione re domesticæ. Vnde & Ioseph simul admirabatur ac reuerebatur illam. *DO*

DOCUMENTA.

1. Cum Deus sit Dominus sapientissimus, & merito debes, nisi arrogatissimus sis, Maria exemplo approbare prestare quod ab eo ordinatum fuerit.

2. Fili, si non colas tuos maiores, displice tibi Deo, tibiq. de decori eris.

3. Exercitia temporalia, quantum fieri potest, accommodari debent ad spiritalia, ut ne ab illis hæc vel impediatur, vel perturbentur.

HISTORIA ANNUNTIATIONIS
MARIE VIRGINIS.

Evodius ait, quatuor mēsis post a in ep. desponsationem peractā missū à Deo bl. i. off. ca. angelum Gabrielem ad Mariā virginē, id est. que Ambrosio b & Hieronymo c testificatur, specie humana, cum in domuncula sua, ut habet d Bernardus inclusa oratione vacaret: eamque salutasse, & annunci-
asse, quod cōceptura & paritura esset mū-
di Salvatorem, Maria verò auditis tantis
in salutatione laudibus, inquit B. Lucas e
turbata est, & postea petiuit, quomodo
fieret istud, cum virum nullum hæc
cognoverit Nā, ut S. Patres exponūt
ediderat votū perpetuæ virginitatis. Cui
angelus respōdit, illud futurū o
pa Spiritus
san.

sancti, sine vlla violatione, vel voti, vel vir-
ginitatis. Tunc Maria humiliter diuinæ
Majestati se subiecit. Chrysoftomus g ex-
istimat verbum diuinum incarnatum fu-
isse, quando Angelus dixit: Dominus
tecum. Verum *h* Augustinus, & *i*
h de fid. ad Damascenus volunt incarnatum quan-
Petr. ca. 18. do Maria præstitit assensum, & di-
isid. orth. l. xit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-
3. cap. 2. dum verbum tuum. Angelus denique
peracta legatione, & patefacto mysterio
nouo, quod & Elisabeth in senectute sua
ex voluntate Dei concepisset, abcessit, &
Maria suam persecuta est orationem.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE, quomodo Maria,
dum optat esse ancilla matris Mes-
sias, eaque de causa Dominum interpel-
lat, Angelus mox humili reuerentia eam
salutet, & gratia plenam, ac inter mulie-
res benedictam appellet.

2. **C**ONTEMPLARE, quomodo Maria
audita tali salutatione turbata sit, &
cogitando qualis esset hæc saluatio, ei
responderit Angelus, ipsam à Deo electam
in matrem Messias filij sui.

Contemplare, quomodo intelligens
præterea matrem simul fore & virginem
permanсурam, non elata sit ex tanta di-
gni-

MEDITATIONES. 239

guitate, sed potius se humiliaverit, dicēs:
Ecce ancilla Domini, fiat, quicquid ille or
dinārit, vel mandārit.

DOCUMENTA.

1. Fili, si vis à Deo exaltari, age ut ex
emplo Maria tua humilitas nascatur ex
corde.

2. Ne queras, nec gaudeas laudari ab
hominibus; Maria siquidem ab angelo lau
data, turbata est.

3. Fili, si velis animam tuam esse ca
ram, & pulchram in oculis tui Domini, or
na eam castitate & humilitate sicut eam
ornavit Maria.

HISTORIA VISITATIONIS

B. Mariae.

CVM Maria cognouisset ab angelo, a *Luc. ca. 1*
Elisabeth à Deo donatam gratia

concupiendi in senectute & sterilitate, ex
urgens ab oratione abiit visitatum illam,
ut illi de recepto dono congratularetur.

Quo in itinere licet aspero, propter mon
tes, & longo (Nazareth enim, vnde illa di
scellit, usque ad confinia Hierosolymæ,

in quibus exstabat, auctore b Beda & Au *b Luc. 18.*
gustino domus Zachariæ, tridui itinere
distabat) teste Bernardo. non sensit fasti
dium, quod sentire solent mulieres post *cin ferm. de*
ver. Apoc.

K CON-

conceptionem, eo, quod eius conceptio non esset humana, sed diuina. *d* MARIA, ut peruenit in domum Zachariæ, salutauit Elizabeth, tantæque efficaciz fuit illa salutatio, ut etiam infans in utero Elizabeth exultauerit. Mansit autem ibi MARIA quasi mensibus tribus.

e in Luc. c. 1 Theophylactus scribit, MARIAM prius inde discessisse, quam Elizabeth pareret, idque videtur indicare B. Lucas, tñ, quia non decebat virgines interesse mulierum partui, tum, quia magna hominum turba confluxerat ad videndum miraculo-

f in bo. adu. sum partum Elizabeth. *f* Eusebius Emis-
f. 6 Can de senus ait, omnes in familia illa tantam af-
B. Mar. l. 4 fectionem habuisse erga Mariam, ut sum-
 mo cum illorum dolore inde discesserit.

603.

PUNCTA MEDITATIONIS

1. **C**ontemplare, quomodo MARIA post actas Domino gratias pro donis acceptis, abierit, ut cognatam suam Elizabeth inuideret, eidemque ministraret. Quo itinere cogitandum, multos angelos suum Regem, Reginamque comitatos esse.

2. **C**ONSIDERA, quomodo ad huius sacræ arce aduentum domus Zachariæ fuerit benedicta. Elizabeth enim repleta fuit spiritu sancto, & Ioannes Baptista

MEDITATIONES. 241

ante natiuitatem suam est sanctificatus.
3. Contemplare, quomodo Elizabeth
obstupescit, matrem Dei, tanta humili-
tate & caritate ad se venientem, exclamā-
do laudari: Virgo verò pio Cantico Do-
minum magnificari, omnia bona sua
laudesque in illum tanquam auctorem
referendo.

DOCUMENTA.

1. Fili, quo plus exaltatus à Deo fueris:
tanto amplius exemplo Maria demittere
te debes coram proximo tuo, ex amore Dei.
2. Vis ditare animam tuam? stude cō-
uersari cum hominibus pijs, Deoq; dilectis.
3. Gloriarī de laudibus qua ab alijs
dicuntur, vel non agnoscere Dominum aucto-
ritatem bonorum ab eo receptorum, non est
aliud, quàm Deum suis bonis spoliare, &
alere superbiam.

HISTORIA DE SVSPICIONE
Ioseph.

¶ CUM Maria iam tres menses graui-
da ex domo Elizabeth in Nazareth
reuertisset, & Ioseph ignoraret quid actū
esset inter Angelum Gabrielem & Mari-
am, cepit varijs suspicionibus agitari. Ex
vna parte videbat B. Virginem in omni-
bus actionibus suis spirare sanctitatem
K 2 & ca.

& castitatem. Sciebat quoque ab ea voti
virginitatis editum. Ex altera parte ad-
vertebat factā gravidā, ipsāq; Mariam
filere, nec ullam huius rei rationem red-
dere, itaque dubius, num diuino nutu id
factum esset, an verò ipse errore humano
falleretur, decreuit non de ferre eius no-
men ad iudices, nec diffamare, sed ab ea
recedere. Hac in cogitatione cum defixus
esset, apparuit ei angelus in somnis, eique
dixit, ne timeret cum ea permanere, con-
cepisse eam de Spiritu S. & parituram fi-
lium, cui nomen esset IESU, saluareque
populum à peccatis eorum.

*b serm. 2. ex
din.*

e ho. de B.

Mar. Can

de B. Mar.

l. 2. c. 4 circ.

fin. c. 13.

& Bernardus, o volunt Ioseph credidisse
quidem eam diuinitus factam gravidā,
sed discedere ab ea voluisse, quod societate
tam sanctæ Virginis se iudicaret indi-
gnum, sicut Petrus dixit Christo: Exi à
me Domine, quia homo peccator sum.

PUNCTA MEDITATIONIS

1. **C**ONSIDERA, quomodo Ioseph ad-
uertens virginem Mariam gravi-
dam, causamque ignorans, totus attoni-
tus & pudens factus fuerit. Et quia sciebat
eam semper sanctissimam fuisse, decre-
uit eam potius clandestinum deserere, & pe-
regrinus per mundum vagari, quàm eam
accusare, aut infamare.

MEDITATIONES. 243

2. Contemplare, quomodo Maria ne
sciens an voluntas diuina esset, vt myste-
rium hoc patefaceret suo sponso, passa fu-
erit se in suspicionem venire: qua de cau-
sa per orationē Domino se commēdauit.
3. Contemplare, quomodo in tāto mœ-
tore & afflictione vtriusque sponsi Deus
per angelum reuelauerit Ioseph mysteri-
um incarnationis in Maria opera Spiri-
tus S. peractum. Quare & vterque humi-
liter Deo gratias egere, & Ioseph deinceps
Mariam in maiori veneratione ha-
buit.

DOCUMENTA.

1. *Fili, disce à Ioseph, potius pati, quàm
infamare proximum tuum.*
2. *Dona diuina, qua nobis conciliant
laudem, consultius exemplo Maria occul-
tamus, quàm manifestemus.*
3. *Quo minus es culpabilis, hoc liben-
tius accepta tribulationes, qua si non iuuēt
ad expiandam culpam, inuabunt saltē
ad augendam coronam.*

HISTORIA PARTVS

B. Mariæ.

CVM MARIA iam fascias pro pau-
pertate sua ad inuoluendum in-
fantem præparasset, & partui proxima
esset.

K 3

a cap. 2.

esset, ait S. Lucas à Cæsare Augusto editum propositum, vt describeretur totus orbis, & tributi soluendi causa quisque in patriam suam veniret. Maria itaque & Ioseph ex Nazareth in Bethlehem ciuitatē Dauid, è cuius progenie & familia ambo erant, profecti sunt. Fuit hoc iter satis difficile: nempe institutum tempore hiberno, per montes, & dierum quatuor. Cum autem in Bethlehem peruenissent, & omnia diuersoria hominibus completa reperisset, coacti sunt diuertere in quoddam

b in ora de stabulum: in quo & noctu Maria peperit
res Christ. CHRISTVM Deum & hominem. Ac in par
Serm 4. in tu quidem, teste Nysseno, *b* & Bernardo
Virg. natus. Maria non solum non sensit dolorem vli-
Dem lum, vel afflictionem, verum etiam sum-
d de instit. ma lætitia affecta fuit. Adiungit *d* Am-
Virg. ca. 7. brosius, & *e* Alphonsus claustrum virgi-
Op. 8. nale Mariæ in ortu Christi mansisse inte-
e de virg. grum & perfectum. Et iuxta Cyprianum
Maria c. 1. & *g* Hieronymū, nulla fuit ibi obstetrix,
Ser. de nat. sed ipsa virgo obstetricis & nutricis partes
Chr. obiuit. *b* Pastores ab angelis Gloria in excelsis
g contr. cantantibus moniti venire ad stabulum, & humiliter ac deuotè sanctum pu-
Heluid. lum, & humiliter ac deuotè sanctum pu-
h Luc ca 2. erulum adorarunt.

*Can. de B.**Mar. li. 2. c.*

9.

pvn.

MEDITATIONES. 245.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, quomodo Maria, & Joseph, ut parerēt edicto Cæsaris, magno cum labore profecti sint in Bethlehēm: vbi cū omnibus excluderentur diuersorij, coacti sunt pernoctare in quodam stabulo.

2. Contemplant, quomodo Maria ibi, pensitans magnam in corde lætitiā, mentem ad Deum eleuārit, totaq; absorpta in illum, Christum Dominum nostrum sine villo dolore pepererit.

3. Contemplant, quomodo Maria, cōspecto diuino suo partu, primò humiliter eum adorarit tanquam Deum, deinde petita licentia eum attingēdi, brachijs suis complexa est, virgineoque lacte nutriuit.

DOCUMENTA.

1. Nota Mariam non murmurare ob edictum Principis, nec conueniri de ijs, qui eam hospitio non exceperunt: fac & tu similiter, quando propter obseruationem mandatorum Dei aliqua afflictio perferenda est.

2. Vis parere multa bona opere sine fastidio & dolore? fac illa libenter, & ob Christi amorem.

3. Tunc Christus fiet tuus, quando eū cū humilitate & amore, sicut Maria, trahis.

HISTORIA PURIFICATIO-
nis Mariae Virg.

a S. Luc. c. 1. *a* **E**xactis quadraginta purificationis diebus post partum, Maria profecta est Hierosolimam, ut in templo filium suum offerret, & secundum legem, duos etiam pullos columbarum. Quamvis, ut aiunt Patres *b* Maria, nec legi erat astricta, nec purificatione egebat: siquidem non conceperat ex semine humano, cuius lex expressè meminit *c*. Eadem hora in templum venit Simeon, cumque Mariam inter omnes mulieres quæ purificationis causa confluerant, videret ingenti divi- noque splendore circumfusam, & reliquis posteriorem, teste Timotheo presbytero Hierosolymitano *d* dixit ad illas. O ancillæ, vultisne præuenire Dominam omnium & patronam? Simeon, inquit, S. Lucas, *e* fuit homo iustus & timoratus qui promissionem habebat à Spiritu sancto se, antequam moreretur, conspecturum Messiam: Conspexit, & in vlnas suas recepit, toto corde Deum laudans & benedicens. Deinde conuersus ad Mariam, dixit, IESVM ponendum in signum cui contradicetur; ipsiusque animam gladium pertransiturum,

P. V. N.

b Beda in
Luc. c. 2.
Guaricus
serm. 1 de
purific.

c Gen. c. 12.

d In ora. de
prof Sim.

e c. 2. Can.
de B. Mar.
l. 4. c. 9.

MEDITATIONES. 247

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, quomodo Maria, licet purificatione opus non habuerit, tamen exemplo filij sui, qui circumcidi voluit, cum non opus haberet, voluit secundum legē purificari, nobis relinquēs obedientiæ, humilitatis & mortificationis exemplum.

2. Contemplare, quanta modestia, & deuotione MARIA sit templum ingressa, quantoque zelo, & spiritali sensu, se sumque filium Patri cœlesti obtulerit.

3. CONSIDERA, quomodo Maria audias lamentabilem prophetiam Simeonis, ne minimum quidem turbata fuerit, eo quod se totam diuinæ voluntati deditisset.

DOCUMENTA.

1. *Va illi, qui est, sed videri non vult peccator. Christus enim, eiusque mater, cum non essent, voluerunt videri peccatores, ut Dei legem obseruarent.*

2. *Fili, à Maria discè, qua religione adire templum. Et in eo versari debeat, ut a sanctum sit non ad fabulas, aut negotiationes mundanas tractandas, sed ad colendum Deum.*

3. *Fili, omnem fiduciã meam colloca in Deo. Et non esseris nimium ex prosperitate, nec turbaberis ex aduersitate.*

HISTORIA DE FUGA IN
Ægyptum.

a Matt. c. 2. & *a Luc. c. 2.* **C**um fama de nato puero IESU indi-
Raban. in Matt. c. 2. rabantur, tum à Pastoribus de reuelatio-
 ne ab Angelo ipsis facta, tum à Magis de
 apparitione nouæ stellæ, ac deniq; ob ea,
 quæ à sene Simeone & Anna dicta erant
b Chryso in Mat. ca. 2. in templo. *b Herodes*, vt tyrannus, venies
 in suspicionem & metum amittendi re-
g. Aug. se. de Epiph. gni (maximè postquam Magi Hierosoly-
g. serm. de annos. mazorum recens natum) mādauit omnes
 infantes occidi in Bethleem, cogitans sic
 occisurum quoq; se CHRISTVM. Verum
 Deus per angelū monuit ioseph, vt cū pu-
 ero & Maria eius matre fugeret in Ægy-
 ptū. Quod ioseph diligēter executus est.
 Fuit hoc iter longè molestius alijs, eo quod
c in Mat. c. 2. ex improviso ad externas & barbaras gē-
 tes defugiendum esset. *Anselmus e. & Ni-*
col. 10 hist. cephorus d scribunt ad ingressum Chri-
Eccl. ca. 31. sti in Ægyptum trepidasse dæmones.
g. alij, vt refert Hier. idola corruisse, eò quòd in veri Dei præ-
 sentia consistere nequirent.
li. 5. in Es. c. PUNCTA MEDITATIONIS.
19. Can. de B. Mar. lib. **C**ONSIDERA, quomodo Maria ad lū-
2. 6. 6. rodos querebat occidere, coacta fuerat
 ad

MEDITATIONES. 249

deserere patriam, & suos, ac fugere in Ægyptum, cum Deus pro nostra instructione ita ordinasset.

2. Contemplare, quanta perpeffa sit virgo in itinere tam longo & aspero, quãtusq; dolor animam eius torserit, cum videret pati quoque puerulum: nec enim poterant sibi prospicere de necessarijs, quando quidem subito & intempeffa nocte fuga elabendum erat.

3. Contemplare, quomodo MARIA, neque murmuret ob crudelitatem Herodis, neque conqueratur de Deo, quod nõ alia via periculo puerulum liberet, sed omnia in bonam interpretatur partem,

DOCUMENTA.

1. Si tribulatio utilis non esset, Deus etiam non permisisset in filio suo, & Maria, quod tantopere amabat

2. Fili, si in hac vita pati non vis & cogitas gaudere in altera, teipsũ decipis quia vis melior esse Maria, & Christo Domino tuo.

3. Si in aduersitatibus conqueraris, & murmuras, erras: nam demonstras tibi displicere, quod Deo placet, & tua utilitatis causa permittit.

HISTORIA DE MARIA EXI-
sente in Ægypto.

*a Broca. in
in descr
Terra san-
ta in fine.* **P**ost longum & laboriosum iter, Ma-
ria tandem peruenit in Ægyptum,
distat enim à Bethlechem, vnde illa disces-
serat, duodecim dierum bene longorum
itinere. Qua in via, verisimile est auctore
Iansenio, expendisse Mariam ea, quæ di-
uina inspiratione reservârat ex munerib,
à Magis ante acceptis Sedem autem fixit
in ditione quæ dicitur Matarea, non lon-
gè à Cairo distita, ibique mansit ad quin-
que circiter annos: quo tempore labore
suo, & spõsi Ioseph, aluit & educauit Chri-
*b in Conc.
Evang. c. 21* stum Dominum. *b* In domo, quam hæc
sancta societas incoluit, adhuc visitur
fons aquæ salientis miraculosus. Cerni-
tur quoque hortulus, in quo olim exis-
tère nonnullæ exiguæ frutices pretioso
balsamo stillantes. Hoc loco Ægyptij ad
conseruandam talium habitatorum
memoriam, vsque ad annum 1660,
*c ita refe-
runt pere-
grini, qui
b fuerunt.* lampadem accensam retinuerunt. Mul-
ti item peregrini visitandi huius loci
causa ex deuotione se eo conferunt: qui
& varios ac miraculosos huius aquæ ef-
fectus commemorant: tam que salutaris
est & bona, vt Bassæ, id est, principes ve-
ri Cairi eam bibant. *Alunt præterea*

MEDITATIONES. 251

in eadem habitatione, licet vastata, suavissimum percipi odorem.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE, quomodo MARIA, ut in Ægyptum peruenit, non inuenerit ibi nec necessaria ad victum & vestitum, nec paratum hospitium ad reficiendas ex labore itineris vires. quare existimandum est eam primis diebus diuertisse in hospitia peregrinorum.
2. Contemplare, licet MARIAE, uti peregrinae, & pauperi multa defuerint necessaria; nunquam tamen defuere virtutes ei propriae; itaque non intermissis consuetis deuotionis exercitijs diligenter rem domesticam curabat.
3. Contemplare, MARIAM toto tempore quo in hoc exilio versata est, pauperem vitam egisse, & si quae erant incommoda in alendo puero IESU, ea caritate & solitudine compensasse & suppleuisse.

DOCUMENTA.

1. Fili, si vis quietam vitam agere in quocumque loco, quantumuis incommodo, cura ut submisere te geras exemplo MARIAE, paucisq; sis contentus.
2. Habeas quicquid uoles, si exercitio virtutum

tutum non te dedas, nunquam tua sorte contentus eris.

3. Fili vides, quomodo carissimi quique Dei amici parcere videntur: itaque caue omnem superfluitatem exosam Deo, à quo habet & victum, & alia omnia bona & dona.

HISTORIA MARIÆ, QUANDO puerum IESVM perdidit.

a Mat. c. 2.

MORTUO Herode MARIA cum Ioseph & IESU redijt in Nazareth, sicut angelus, qui rursus apparuerat Ioseph in somnis, mandabat. A quo tempore MARIA quatuor annis cum IESU & Ioseph circa Pascha proficiscebatur Hierosolymam, ut in templo adoraret, cum tamen itinere trium dierum abesset à Nazareth, & nulla lege ad id teneretur. b Cum vero

b Exo. c. 23.

IESU esset duodecim annorum remansit,

c Deut. c. 16.

quodam vice Hierosolymis. at MARIA, cum itinere unius diei emenso cum non inuenisset inter cognatos, cum quibus eum putabat aduenisse (erat enim, teste

e in Luc. c.

Beda. e mos iudeorum; ut in huiusmodi

2. Can. de

religiosis profectioibus viri separati à

B. Maria l.

fæminis iter facerent, pueris autem licitum erat utroslibet comitari) reuersa est

h. 4. c. 15.

cum Ioseph Hierosolymam, ubi tertio die eum reperit in templo in medio Doctorum. Cum autem mater ab eo rogaret, qua

MEDITATIONES. 253

qua de causa remansisset Hierosolymis, & permisisset cum tanto dolore se queri à parentibus, respondit. quod deberet in memoriam reuocare, sibi diuinitus mandatum, vt gloriam Patris sui quæreret, & ideo necesse fuisse, vt in loco Patris exercitia ad gloriam Patris spectantia traderet.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE quomodo MARIAM quotannis circa Pascha adorandi causa ex deuotione adierit Hierosolymam, & quadam vice in eius reditu, ibi puer IESVS remanserit.

2. Contemplare quomodo MARIAM, sub noctem aduertens amantissimum suum IESVM non adesse, sed nec cum amicis & cognatis, vt existimabat, aduenisse, tota dolore oppressa cum Iosepho reuerterit in Hierusalem, vt cum inueniret:

3. Considera, quomodo afflicta mater post trium dierum lachrymas & suspiria, dilectum filium in templo repererit inter Doctores: cuius conspectu & presentia non minus fuit exhilarata, quam antea fuerat cõtristata de absentia, & amissione.

DOCUMENTA.

1. *Disce Fili à MARIA. si propter opus
pium.*

pium & sanctum patiari aduersa, vel
damnum aliquod: non idè illud vel dese-
rere, vel reprehendere.

2. Disco quoque non necere moras in qua-
rendo Christo, eoq; tecum retinendo: nam
preterquam quod magnam iacturam sa-
cis, magno quoq; discrimini te exponis.

3. Aduerte MARIAM non reperisse
CHRISTVM inter cognatos, sed in Eccle-
sia, sic tu eum inuenies in reb; spiritualibus
non autem in carne & sanguine.

HISTORIA DE MORTE

Ioseph.

QVANTO tempore MARIA virgo vidua
ge. it, cer ò non constat Epiphanius
a her. 78. a vult Ioseph obiisse anno ætatis Chri-
cõt. Antid. sti decimotertio. Cedrenus verò b ait
bin comp. obiisse anno Christi trigesimo. Ambro-
hist: sius c & Hieronymus d tantum scribunt
e de instit. eum vita defunctum fuisse ante Christi
virg. c. 7. passionem. e Fuit hic sanctus senex ex stir-
& epi. 79. peregia Davidis. & quoniam à Deo ele-
d contr. ctus est duorũ tã pretiosorũ thesaurorũ,
Meluid. nempe CRISTI & MARIÆ custos, non
e Matth. 2. dubium est eum talem fuisse, qualem
Dam. lib. Scriptura & antiqui Patres describunt,
4. c. 15. iustum, pium, prudentem, fidelem, alijs-
que virtutibus præditum. Nec solum es-
tissimus fuit, vt affirmant Hieronymus
fau.

MEDITATIONES. 255

f Augustinus & alij: Sed etiam virgo e
vius excessit: nullam siquidem coniugē
habuit præter MARIAM, cum qua, teste S.
h Thoma, edidit votum virginis. Et
quamuis MARIA fuerit virgo pulcher-
rima, tamen vultus eius tantam spirabat
virtutem & sanctitatem, vt, quemadmo-
dum ait S. Brigida i omnes moueret ad
amorem honestatis. Quanto magis mo-
uerit Iosephum, cuius fomes, auctore
Gersono k vel erat extinctus, vel sic com-
pressus, vt nunquam senserit motum in-
ordinatum.

f cōt. Helu.
g serm. 15.
de nat.
Dom.
h 3. p. q. 28.
a. 4. & ad
Gal c. 1.
i li. 1. reuel.
c. 10. & lib.
3 ca 8.
k de Nat.
Mar. confs.
3. Canis.
lib. 2. c. 13.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE, quomodo, cum Ioseph esset, proximus morti IESVS & MARIA ad benè moriendum eum iuerint: cuius anima ab angelo in sinum Abrahamæ est delata.
2. Contemplare, quomodo MARIA se voluntati diuinæ conformans patienter fidelis sponsi sui mortem tulerit non parum ei incommodam: nam tanti Sæcti vita non paruam afferebat consolationem.
3. Contemplare, quomodo MARIA, licet iuuenis & pauperula deserta esset, neq; de Deo, neque de sorte sua conquesta sit, sed neque inuidia aliqua mota sit aduer-

aduersus coniugatos, studebat enim bonis operibus etiam in statu viduitatis placere deo, & in eodem perfici.

DOCUMENTA.

1. Fili pauper sis, vt Ioseph & MARIA addictus: nam adiumento tibi erit in periculoso mortis exitu.
2. Si in aduersitatibus, quas Dominus tibi immittit indignaris & turberis, amittis fructum, easq; reddis grauiores.
3. Fili, à MARIA discoplacere Deo, & secundum eius voluntatem in statu ad quod te vocauit perfici, etiam si tuo non congruat palato.

HISTORIA DE MARIA EXISTENTE in Viduitate.

PER mortem Ioseph, rerum domesticarum cura aucta est in MARIA. *a l. 2. exem. ca. 4 & 9, & l. 3. c. 4:* Verùm asserit Sabellicus eam ita paritica domestica, vt altera ab alteris impedita non sint. Primam diei partem ponebat in rerum diuinarum contemplatione. Sub vesperam lectitabat S. Scripturam, qua lectione ita delectabatur, vt teste Ambrosio b noctu in somnis repeteret, quicquid interdum legisset. Definitum quieti nocturnæ tempus dabat, sed vt refert S. Bridgidus

MEDITATIONES. 257

gida, corpus eius sic erat assuefactū, vt *c. 1. reuel.*
non solum in somno, sed etiam in omni *c. 10 & l. 3.*
bus alijs rebus animæ subiectum esset. *ca. 8.*
Scribit Galatinus d' **MARIAM** tanto pro *d de arcan.*
phetiæ spiritu præditam fuisse, vt quoti *l. 7 c. 5.*
es spectandum vel audiendum esset ali *e in epist.*
quid illicitum, vel vanum, clausisset ocu *Can. l. 1. c.*
los & aures. Narrat quoque Ignatius *e 13. de B.*
MARIAM tantoperè excellisse in ca *Maria.*
ritate erga proximum, vt non solum be
neuolam se præberet Iudæis **CHRIS**
TVM persequentibus, sed etiam compa
tens eorum imperfectioni omnia offi
cia humanitatis illis deferret. Si quando
CHRISTVS vna cum Apostolis in do
mum eius ventitabat, singularem senti
ebat exultationem spiritus, eumq; mag
no gaudio & lætitia recipiebat.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONSIDERA, quomodo **MAR**
RIA, iā vidua diligens erat, non
solum in facienda oratione, sed
etiam curanda re domestica. Et ideo,
quando **CHRISTVS** cum Apostolis e
rat venturus omnia conuenienter pau
pertati, ordine suo componebat.

2. Contemplare, quomodo **MARIA**
in conuersatione tam fuerit modesta &
affabilis, vt omnium in se amorem con
citaret, exemploq; suo omnes in dei vir
tutumq; amorē inflammabat. 3. Con

3. Contemplare, quomodo MARIA nunquam obmurmuravit, neque permiserit alios in sua presentia male loqui de Iudæis filium suum persequentibus, imò eos excusabat, & Deum pro illis precabatur.

DOCUMENTA.

1. Fili, vis negotia tua temporalia felicem habere exitum, exercitia spiritualia ne negliges cum MARIA.

2. Nunquam alios ad virtutem accendis, si in oratione fueris frigidus, et in bono exemplo dando negligentior.

3. Excusare persecutores suos, et pro ijs Deum precari, est piorum Christianorum vniuersa Deo grata, Daemonibus exosa, & anima salutaris.

a Iansen. in concord. HISTORIA DE DISCESSU CHRISTI à MARIA.

Euang. ca. 128. Stella in Luc. ca. 22. b in Med. 6.4. & 26.

A Gebat a CHRISTVS Dominus noster in castello quodam, nomine Bethania, duobus milliaribus ab Hierosolymis disuncto, & vi B. Bonaventura arbitratur, in domo Marthæ & Magdalenæ, quibuscum erat et B. Virgo MARIA. Cumque feria quinta misisset Petrum & Ioannem Hierosolymam ad locum parandum pro celebratione Paschæ, & iam tempus adesset discessus, carissimæ matris

MEDITATIONES. 159

suæ valedixit, quæ magno mox dolore affecta est, eò quod non ignoraret Christum in manus hostium venturum, gravibusq; poenis afficiendum, ac tandem in cruce moriturum, tâquam latronem. Dubium non est, quin MARIA nocte illa tota omni quiete repulsa, cum lacrymis novum illum nuncium, & acerbum de filio expectarit. Cum ergo IESVS in horto captus esset, nuncius, fortè vnus ex Apostolis venit in Bethaniam, vt indicaret matri Iesum à Iuda traditum, à Iudæis captum & ligatum, ac ad Iudices pertractum. Quo nuncio accepto MARIA lacrymans & suspirans in aliarum Mariarum comitatu contulit se Hierosolymam.

*c. Canis de
B. Maria
lib. 4. c. 250
in fine.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIA intelligens à IESV iam adesse tempus passionis, & idcirco eum proficisci debere Hierosolymam iuxta voluntatem Patris, dolore tam acerbò percussa sit, vt, voce interclusa, ex oculis flumina funderet lacrymarum.
2. Contemplare, quomodo MARIA in medio luctu nuncium acceperit de IESV capto, quamque durum telum pectus eius, quæ tantoperè filium suum amabat, transuerberarit
3. Con-

3. Contemplare, quomodo MARIA, ilico se in viam dederit Hierosolymam versus, offerens se, si ita Patri caelesti placuisset, ad mortem pro, vel cum IESV perferendam: quãdoquidem viuere sine IESV erat illi loco continuã & acerbã mortis.

DOCUMENTA.

1. Si MARIA ex Christi discessu tantoperè afflictã fuit: quam afflictã erit miserã anima, à qua Christus discedit per peccatum.
2. Fili, discas à Maria, se quando tristis nuncius ad te affertur, non indignari, nec desperare.
3. Si viuere absq; IESV, est quoddam actum mori, quid erit viuere in peccato mortali quod est viuere contra IESVM?

HISTORIA DE MARIAE PRO-
fessione ad montem Caluarie.

*Bonaue-
tura in me-
dis.*

MARIA Virgo, vt ingressa est Hierosolymam, inuenit eam totam à Scribis & Phariseis persuasum erat IESVM esse malefactorem & morte dignum, in omnibus vrbis plateis, quas transibat, dum iter haberet ad montem Caluarie, coacta est audire infinitas contu-

MEDITATIONES. 261

melias, & execrando maledicta in filium suum coiecta Quantū verò MARIA perpeffa sit hoc die, qui fuit feria sextæ, Sãcti Patres varijs declarant similitudinibus. *b de fid. ore l. 4 c. 15.*

Damasceus *b* scribit Mariam tempore passionis eam acerbitatē dolorum perpeffam, quam non perpeffa est in partu filij. Et Bernardus *e* ait: Quod clavi, aliæ que instrumenta effecere in carne CHRI *c tract. de compas. B. Virg.*

STI, id compassionem maternam effecisse in Virginis mente. Eurymius *d & d in Luc. ca. 2.*

Beda *e* afferunt, dolores passionis Domini, velut gladium acutum à Simeone *p æ cibid & Can. de Be Maria, l. 4*

Vnde Anselmus *f* Bernardus *g* Alphonsus *h* & alij affirmant Mariam fuisse martyrem imò plus quam martyrem. *c 22. & 26 fli. de exc. B. Mariæ 5.*

PRONCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIA iter illud, continenter lachrymando, confecerit, & ingressu Hierosolymam cognorit, quantis iniurijs filius suus affectus fuerit, ac proinde totidem doloris gladij animam eius penetrarint. *gin serm. Signū magnū. h Serm. 2. Virg. 156.*

2. Contemplare, quomodo indoluerit, dum intellexit non solum à nemine innocentiam IESV defensam, cum tot beneficijs tot homines affecisset, sed etiam à suis discipulis derelictum.

3. Con-

3. Contemplare deinde, quantus MARIÆ cruciatus fuerit, in ascensu montis Caluarie audire ictus carnificum clavis filium affigentium cruci.

DOCUMENTA.

1. Fili, discere à MARIÆ, quomodo te gerere debeas in tribulationibus. Primum enim non debes execrari creaturas, à quibus damnum vel iniuriam pateris. sicut nec Maria commota est, cōtra auctores vel executores mortis Christi.

2. Nec debes conqueri vel de sorte tua, vel de Deo quod permiserit, sed eum fructum pro anima tua inde colligere, quem Deus ipse propositum habet.

3. Et si crucem aliquam sentias aut molestiam, tamen voluntate, qua in parte superiore manet libera, age Deo gratias pro tribulatione tibi inmissa.

HISTORIA DE MARIA QUANDO VIDIT CHRISTVM IN CRUCE.

a Ioan. c. 19 **M**ARIA, a cum montem Caluarie ascendisset, vidit filium suum inter duos latrones crucifixum. Eam verò oculis in se defixam, manantibus ad tantum in se spectaculum lachrymis, ex compassionem IESVS è cruce respexit, & demonstrato Ioanne discipulo suo, dixit: Mulier ecce filius tuus, deinde ad discipulū dicit: Ecce mater tua. Anselmus scribit b. cam.

in Serm.

Stab. iuxt.

et HC.

MEDITATIONES. 263

tam raras ibi virtutes ostendisse, vt sum-
ma gloria sexus fæminei fuerit. Nam cū
discipuli Magistrum suum deseruissent,
Maria non deseruit: & cum ijdem præ-
timore aufugissent, hæc firma in fide
perstitit, & constanter stans ad pedē cru-
cis cum summo dolore summam iun-
gens patientiam non maledixit, nō mur-
murauit, non vindictam à Deo contra
hostes postulauit. Et Bernardus *c In eod.*
asserit *serm. Stab.*
MARIAM quantumuis doloribus oppres-
sam, nihil tamen indecorum fecisse, nul-
lum impatientiæ signum dedisse, sed
semper intra rationis & modestiæ termi-
nos se cohibuisse. Ephræm quoq; diaco-
nus *d in lamēt.*
describit, MARIAM ad crucis pedem
veneratam esse, & adorasse, vulnera, affli-
ctiones, & magnanimitatem IESVS, cre-
briusq; ea Deo ad redemptionem generis
humani obtulisse. *Mar. Can.*
de B Ma-
ria lib. 4 c.
25. & 26.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE immensum dolo-
rem & compassionem MARIÆ,
cum innoxium & dilectum suum filium
cerneret totum sanguine perfusum, &
tanquam malefactorem inter latrones
crucifixum.

2. Considera MARIAM tanto dolore op-
pressam fuisse, vt etiam ipse IESVS licet
diro crucis tormento obrutus, ei cōpas-
sus

L sus

sus fuerit. Vade & ei Ioannem in filium assignauit, ac Ioanni ipsam in matrem tradidit.

3. Contemplare, quomodo MARIA in sui dilecti IESV morte, omnibus alijs matribus desolator fuerit, eo quod praesens nullam opem ferre posset filio inter tot tantaq; supplicia animam agentis.

DOCUMENTA.

1. Fili, quoties uideris effigiem Christi crucifixi, cogita filium Dei pro tuo peccatis in crucem actum, & sic eius cum MARIA habebis compassionem.

2. In tuis necessitatibus recurro ad MARIAM quia in persona Ioannis CHRISTVS nos omnes ei dedit in filios, & ipsam in matrem nobis.

3. Si Christus & MARIA in hac uita santas afflictiones habuere, cur tu cogitas uiuere sine aduersitate, & in continua consolatione?

HISTORIA DE MARIA, QUANDO
Christum iam mortuum in sinum
suum deposuit.

2. **M**ARIA stabat ad pedem crucis
Mat. c. 27. quando moriente IESV oblitus
Marc. c. 15. ratus est Sol, & terra contremuit. Cumq;
& Luc. 6. optaret dilecti filij corpus in sua brachia
23. demitti, ecce tibi militē lancea latus eius
perforantem. Nec dubium est, quip
dem

MEDITATIONES. 165

dem lancea transfixerit doloris matrem. cui, quamuis displiceret militis crudelitas in mortuum saeuientis, nullo tamen signo indignationem prodidit. Denique ad uesperam sextae feriae, (nec enim conueniebat in Sabbatho corpora mortua in cruce derelinqui) corpus Christi, extractis clauis de cruce, depositum pia mater brachijs suis excepit, religiosè amplexa est, & uenerata; crebriusque exosculans sacra uulnera, Patri aeterno in mundi salutem obtulit. Atque hic aliae quoque MARIAE, D. Virginis comites, miserandum in modum lamentauerunt. Dolor uero & planctus D. Virginis ideo, teste Anselmo, fuit uehementis, quia uehementis erat & amor, quo in Christum ferebatur, semper tamen cum ea honestate & grauitate iunctus, ut omnino reprehensione vacaret.

Can. de B. Maria l. 4. c. 26. circa med.

In Ioan. c. 19. serm. Stab iux. cruce.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIA cum filium suum uiuum recipere non posset, optarit habere mortuum: & antequam haberet, miles lancea latus eius, non sine horrore & dolore matris, operuerit.

2. Contemplare lamentabilem eius placentum, cum sacrum illud corpus in sinum suum deposuisset, cuius uulnera deuotè exosculabatur, & lachrymis lauabat.

L 2 3. CON

3. Considera, quanto dolore affecta sit **MARIA**, cum sacrum hunc thesaurum tradere debuit ad sepulturam: quantisque cum gemitibus & suspirijs à sepulcro a-nulsa sit:

DOCUMENTA.

1. *Fili, disce à MARIA, quemadmodum gerere te debeas in morte tuorum carorum ac primum cogita, Deum cum sit benignus Pater, quicquid facit, aut permittit, facere ad salutem nostram, ut mentem ab amore creaturarum abstrahamus.*

2. *Hinc sequitur, nec conquerendi, ullam causam tibi esse, vel de deo, vel de creaturis, vel de sorte tua.*

3. *Nec sinas animum tuum magnitudine doloris traduci ad leue aliquod, vel indecorum opus designandum, obiecta semper ob oculos **B. MARIAE** modestia & gravitate.*

HISTORIA DE MARIA QUANDO VIDIT CHRISTUM RESUSCITATUM.

QUEM in locum **MARIA** se receperit, post Christi sepulturam, & ubi post resurrectionem **CHRISTUS** illi apparuerit, incertum est. Nicephorus tamen asserit, eam veritatem in domo Ioannis vicina monti Sion in vrbe Hierusalē: quod

ali. 2. Eccl.
hif. c. 2.

MEDITATIONES. 267.

est admodum verisimile. toto enim corpore MARIA oblanguerat tum ob conzienstem planctum, quia totum diem sine cibo transegerat. Quare probabile non est illam Hierosolyma excessisse, sed à Ioanne, cui paulo antè fuerat commenda de cruce ab ipso Christo, in domum suam abductam Vbi & filium suum expectavit, minimè dubitans eum tertia die resurrecturum. Quicquid sit, id certum est, & S. Patres b affirmant, MARIAM primam fuisse, cui apparuerit Redemptor resuscitatus. Atque vt scribit Eusebius, prima fuit quæ IESVM gloriosum a dormiuit. Atque hoc congruens erat à tali filio erga talem matrem fieri, non modò, quia legem tulerat de honorandis parentibus, sed etiam quia dolore passionis & morte IESV prius & acerbis cor Mariæ, quàm aliorum perculebat; vnde & merebatur prius & plus alijs resurrectionis visione frui.

b Aug. l. de S. Virg. c. 9. Rupert. l. 7. de deu. offic. c. 25. Anst. de excels. Virg. c. 6. c. cons. ber. libel. Actij Car. de B. Mar. l. 3. c. 1.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIÆ intra cubiculum per dolores quasi sepultæ subitò apparuerit IESVS resuscitatus, totus gloria refulgens, angelorum, Sanctorumq; Patrum è limbo turba stipatus. Et cogita quântum gaudium

dium D. Virgo ex tam gloriosa apparitione acceperit.

2. Contemplare, quomodo M A R I A cernens I E S V M tam gloriosum, cum adoravit tanquam suum D E V M & amplexa sit tanquam suum filium, sæpius ex osculans sacras cicatrices vulnerum, quæ in corpore eius instar gemmarum relucebant.

3. Contemplare, quomodo M A R I A ei gratias egerit ob hanc tam insignem visitationem, simulque rogarit, ut gloriosam resurrectionem suam alijs quoque pijs, ac imprimis Apostolis, manifestaret.

DOCVMENTA.

1. Fili, si nihil velis pati propter C H R I S T V M, non visitaberis quoque, nec solaberis à Christo.

2. Disce à M A R I A non extollere te in prosperis, sed bonorum omnium auctori gratias agere, & cultum debitum præstare.

3. Disce item à M A R I A, caritate flagrare erga proximum, optando & precorando illis veram in afflictionibus & tribulationibus consolationem.

HISTORIA DE M A R I A POST Ascensionem C H R I S T I.

M A R I A iuxta communem Doctorum opinionem quindecim annis post

MEDITATIONES. 269

post Christi ascensionem vixit. Quo tempore se occupavit in colenda nouella CHRISTI Ecclesia, quæ in primordijs illis magnâ patiebatur persecutione. Itaque illa animabat oēs, instruebatq; quatenus se gerere deberent in actionibus & tribulationibus suis. Adhæc scribit Anselmus **MARIAM** cum mysteriorum à Spiritu sancto patefactorum fuerit scientissima, etiam Apostolis pleraque ex eis tradidisse & exposuisse, quibuscum familiariter viuebat, & vitam Apostolicam ducebat, *b* Ait Nazianzenus, **MARIAM** post CHRISTI ascensionem Iudæis prædixisse, excidium Hierosolymorum ob scelus in Messiam commissum futurum. *c* Sophronius quoq; scribit eâ crebro inuississe montem Caluariæ, sanctum sepulchrum, *d* montem Oliueti, in eoq; magna religione vestigia Christi solo impressa exosculatam. Quidam volût eam ex communibus visitasse eleemosynis, quibus viduæ in primitiua Ecclesia sustentabatur. *e* S. Brigida dicit **MARIAM** non solum nouellos Christianos confirmasse in fide, sed etiam innumerabiles Iudæos ac gentiles ad fidem conuertisse, & idcirco longè post ascensionem à Deo in vita conseruatâ fuisse.

a de excell. B. Mar. c. 7. & Metap. in orat. de dormit. Deip. b in Trag. de Christ. pat. c n serm. de assump. d Can de B. Mar. li. 5. c. 5. e l. Remer. ubi supra.

L 4.

PVN-

1. **C**ontemplare, post ascensionem Christi **MARIAM** factam fuisse Magistram & Ducem fidelium: unde & in rebus dubijs atque afflictionibus omnes ad eam suum perfrugium habebant.
2. Contemplare, quomodo **B. Virgo** omnes benignè receperit, solata sit afflictos, pacificarit discordes, & omnes in lege & fide Christi instruxerit. quibus in operibus præstandis cogita illam nõ caruisse incommodis.
3. Contemplare, quomodo **MARIA** certum tempus tribuerit rerum celestium contemplationi, & locorum Sanctorum visitationi, in omnibus operibus suis præbens eximiarum virtutum, & eminentis exemplum.

DOCUMENTA.

1. *Fili, cum **MARIA** facta sit Magistra nostra & Dux: inepre facies, si eam non sequare. eius virtutes imitando.*
2. *Si **CHRISTVS** eiusq; mater ad operam ferendam proximo non reformidarum incommoda. signum est eum qui studio tenetur, iuuandi alios, non debere nimium subinhiare commodis.*
3. *Si ad res caelestes affectus esse velis, sepe de ijs mediteris, uti fecit Maria: & cogita*

evigila te creatum propter illas, & non propter res terrenas.

HISTORIA DE MARIA QUOMODO PETIVERIT MORI.

CUM recens CHRISTI Ecclesia MARIÆ studio per annos quindecim satis esset confirmata, & persecutionibus aucta; postulavit B. Virgo à Domino finem peregrinationi suæ imponi, ut ad alteram vitam migrare, ac filio suo firmius coniungi posset. Cum ergo tempus à Deo decretum adesset, scribit Nicephorus à Deum per angelum illi latum de migratione ab hoc exilio in cælum, nuntium attulisse, & porrecto ramo palmæ in manum diem obitus indicasse. Attulit hic nuntius tantam MARIÆ voluptatem, ut exsaturare se non potuerit gratijs diuinæ maiestati agendis: exiliensq; gaudio omnibus amicis & deuotis saralem angeli reuelationem manifestavit, demonstrans rramum ab eodem acceptum. Vestes quasdam suas iussit erogari in Viduas binas, vicinas & inopes. Addit Nicephorus in domum illam confluisse magnam fidelium turbam, qui multis lacrymis intimum dolorem suum testabatur, quod tali Magistra, & vnico solatio suo priuandi essent. Verum B. Virgo

a Eccl. hist. l. 2. cap. 21. Metaph. in orat. de vit. & mor. Virg. Can. de B. Maria l. s. c. 2. & c. 3.

hortabatur eos, ut gauderent potius, quam
flerent.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONSIDERA, quomodo Maria flagra-
uerit amore filij sui IESV, & ideo læ-
pè à Domino flagitabat exire è vita hac
ut conspectu eius frui posset in caelo:
subiciens tamen semper suam volunta-
tem diuinæ.

2. Contemplare, quomodo angelus à
Deo missus MARIAE reuelarit iam ad-
se tempus, quo ei migrandum esset ad
meliorem vitam, ubi deinceps in aeter-
num præsentia dilecti filij sui, suorumq[ue]
operum fructu perfrui posset.

3. Contemplare, quanto gaudio ex-
ultarit MARIA felici hoc nuncio audito:
cum in hac peregrinatione nihil aliud,
nec desiderarit vnquam, nec cogitarit.

DOCUMENTA.

1. Fili, quia ignoras quid tibi sit conduc-
bilis, debes exemplo MARIAE, etiam in
rebus sanctis & bonis voluntatem tuam
conformare Creatoris tui & Domini vo-
luntati.

2. Deus sua dona impertit certis tempori-
bus: & idcirco ne conqueraris, si postulata
non statim obtineas, sed coneris in oratione
persistere, cogitans Deum ideo differre gra-
tiam suam, ut tu perseueres.

3. Fili

3. Fili, si vis tibi nuncium de imminente morte afferre gaudium, abstrahere mentem a rebus terrenis, & eam defigas in celestibus ad quas es creatus.

HISTORIA DE MARIA MOR-
ti proxima.

CVM iam tempus impenderet, quo MARIA migratura erat ex hac vita ad celestem Hierusalē, Deus nouo beneficio illam cohonestauit. Voluit enim eius excelsi præsētes ad se hic Apostolos, ut multi Scriptores a testantur ac omisso testimonio Dionysij Areopagite, qui presertim fuit, commemorabo tantum quid S. Iulianus uenalis & Episcopus Hierosolymitanus a Martiano Imperatore rogatus de obitu MARIE dixerit. Et si, inquit ille, S. Scriptura nihil de obitu MARIAE tradat, tamē pro vetustissima verissimaq; traditione habemus, a postolos, qui id temporis in varijs partib. orbis degebant, vno momēto vi diuina Hierosolymā delatos, & in morte D. Virginis Mariæ præsentes adfuisse. Præterea Anselmus & Nicephorus aiunt etiam CHRISTVM multa angelorū turba stipatum cælitus descendisse, ut a nimā carissimæ matris suæ præsens exciperet. Idem ante illos scripserat Damascenus, referens q̄ colloquiū inter matrem & filiū illa hora, ut statim dicitur, fuerit institutum. **L 6 PVN.**

a *Metaph.*
in *orat. de*
vit *& mor*
Virg.
Niceph. l.
2. *Ec. hist.*
cap. 3.
Damas.
in *orat. de*
dormit. &
assump.
Deip.
bl. de diu.
nom. c. 3.
c in vetera
hist. Eur.
d de excelsi.
virg. s. s.
cib. d. c. 21.
f ubi supra
Can. de B.
Mar. l. 5.
c. 3.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ontemplare, quomodo impendente hora foelicis **MARIAE** transitus ex diuersis mundi partibus **Apostoli** Hierosolymam confluxerint; vt praesentes adessent. Sic Domino ordinate ad **B. MARIAE** honorem & consolationem.

2. Contemplare, quomodo de caelo etiam aduenerit Saluator noster **Christus**, vt ipse quoque praesens adesset in morte carissimae suae matris, eiusque animam in caelum deferret.

3. Contemplare, **MARIAM** quo maiori laetitia perfundebatur in corde, hoc amplius se humiliasse, intimoque affectu Domino gratias pro tanto beneficio & fauore egisse.

DOCUMENTA.

1. *Fili, operam da, vt tempore obitus tui, aut agritudinis tecum habeas homines pios et spirituales, qui tibi bona suggerant monita & consilia.*

2. *Non negligas viuere pie & religiose cum **MARIA**, & non negliget **CHRISTVS** te sua gratia visitare in morte.*

3. *Fili toto corde te dedices Deo & cum vera humilitate illi seruias, si viuere uelis & mori securè.*

HIS.

HISTORIA DE OBITU
MARIAE.

OBITU Maria Hierosolymis in domo
Ioannis, cum esset annorum 63. S.
Brigida ait eam placidissime sine timo- *al. 4. reuel.*
re & dolore villo excessisse. Damascenus *ca. 23.*
scribit eam, paulo ante emissum spiri- *b in ora. de*
tum dixisse ad IESVM. In manus tuas, mi *assu. Deip.*
fili, commendo spiritum meum, recipe
nunc animam tibi caram, & ab omni pec-
cato immunem à te conseruatam; tibi,
non terræ trado corpus meum, in quo ti-
bi placuit habitare. Trahe me post te, vt
sim, vbi tu, fructus ventris mei: Addit Da-
mascenus CHRISTVM illi respondisse. Ve-
ni benedicta mater in requiem meam.
Veni pulchra & formosa inter mulieres,
quia in te macula non est, &c. Scribit Ni- *cli. 2. Eccl.*
cephorus c Mariam, dum diceret, Fiat mi *hist. ca. 21.*
hi adhuc semel secundum verbum tu-
um, beatâ animam suam in manus Chri-
sti tradidisse, & dormientis potius, quàm
mortuæ speciem retinuisse. S. Iuuenalis *d in histor.*
quoque scribit Martiano Imperatori in *vet. Enty.*
B. Mariæ transitu inspectos multos an-
gelos, suauissimumque cœlestium po-
testatum concentum auditum, ac ipsam
Mariam ratione quadam ineffabili ani-
mam sanctam in Dei manus resignasse.

*e in orat. de Andreas denique e Cretensis Episcopus
assump. ait cœlo delapsus ingentem angelorum
Can. de B. exercitum in obitu Mariæ.*

Mat. l. 5. c. PUNCTA MEDITATIONIS.

3

1. CONTEMPLARE, quomodo Maria iamiam vita excessura, cum animam suam Creatori suo commendasset, Apostolis omnes Christi fideles commiserit, maximè afflictos & tribulatos.

2. Deinde eleuatis oculis in cœlum, & mox in IESVM firmiter defixis ab eo petijt benedictionem. qua obtenta, anima sanctissima omnis terroris expers corpore excessit, & in brachia IESU euolauit.

3. CONTEMPLARE, quomodo IESVS purissimam dilectæ suæ Matris animam suscepit, & inter angelicos cantus in cœlum detulerit, omnibus astantibus stupore attonitis, ac in laudes Dei non sine lacrymis prorumpentibus.

DOCUMENTA.

1. Perpende quanti fecerit Maria auxilium præstitum proximis, nam vita excessens illos ardentè commendauit Apostolis.

2. Fili, si terreri non vis tempore mortis, habe conscientiam à peccato immunem.

3. Fallis te, si, dum uiuis, nullam curas

TAB.

nam habens de caelo, nam ubi mortuus fueris, anima tua non perueniet in caelum.

HISTORIA DE EXEQVIIS
& sepultura MARIÆ.

CUM Maria expirasset, Apostoli sacrum corpus è lectulo deposuerunt, decemque vestitum & compositum in feretro collocarunt. a Nicephorus ait multos accurrisse cœcos, surdos, & alios vitiatos membris, qui solo corporis sacri contactu sanitatem recuperariunt. Postea instituta est processio. Quidam Apostoli antecesserunt cum luminibus, alii deportabant feretrum, omnes autem hymnos decantando tendebant in Gethsemani ubi illa optarat sepeliri. dem auctor, & alij addunt, toto itinere illo in aere conspectam magnam angelorum turbam, quæ beatæ Reginæ suæ corpus comitabatur. Narrat adhæc Iudæum quendam ex ordine Sacerdotum odio & inuidia æstuantem, tam temerarium fuisse, vt impetum fecerit in feretrum, vt illud deijceret in terram, sed illic à Deo punitum, manus enim eius à brachijs reuulsæ, pepedere ex feretro. Quo miraculo conspecto miser subito doluit, & cum lacrymis veniam postulauit. Itaque mandato B. Petri processio substitit, & Iudæo cum reuerentia ad feretrum applicato nouo miraculo manus sunt restitute.

a Eccl. hist. l. 2. c. 22.

b And. Croten. in ora. de assump. B. Virg. Damas. in ora. de dor. & assump. Deip. Can. de B. Mar. l. 5. c. 30.

PVN-

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE, quomodo sacrum D. Virginis corpus, simulatque animam emisit, Apostoli cum magna reuerentia, sed non sine lachrymis cōposuerint vt ad sepulcrum deferretur. & debitæ tali Dominæ exequiæ præstaretur.

2. CONSIDERA deinde profectionem, qua sanctum Dei tabernaculum fuit ab Apostolis delatum ad sepulchrum; comitante ingenti fidelium cœtu, ac per omnes vias sacros hymnos decantante.

3. Contemplare, vt ad locum peruentum est, post exequias celebratas sacrum illud & virgineum corpus ab omnibus reuerenter & deuotè fuisse exosculatum, & postea honorificè tumulatum.

DOCUMENTA.

1. Fili, hinc discere modum Christianas instituendi exequias, ac primò vt ne superuacaneos sumptus profundas, maxime in res qua animam defuncti non iuuant, & viuorum vanitatem alunt.

2. Nec immoderatè mortem aliorum despectas sed pro anima eorum ores.

3. Exequias loco diuina admonitionis usurpare debes, vt ad bene moriendum te compares.

HISTORIA ASSUMPTIONIS
B. Mariæ.

SANCTVS ille Episcopus Iuuenalis ait
Apostolos triduo apud sepulcrum per
mansisse, & continenter suauissimum sa
corum hymnorū cantū audisse. Post ter
tium autem diē (ad consolandum Thomā
qui obdormitioni Dei paræ non interfu
erat) visum est Apostolis sepulchrum es
se aperendum, vt sacrum corpus à Tho
ma videri posset. Sed eo aperto corpus nō
inueniēre, sed tantum linteamen, quod re
ligiosè sunt osculati: suauissimum quo
que odorem ex eo perceperunt exhalan
tem. Quod verò tertio die Maria excitata
fuit, anima que & corpore assumpta in
coelum asserunt multi. Damascenus scri
bit, Mariam, vt veteris Adæ filiam subie
ctam fuisse veteri legi mortis, at vt Deivi
uentis matrem ex sepulchro illi fuisse cō
iunctam. Andreas Episcopus Cretensis e
tiam illam, quæ protulit autorem vitæ, vi
ta recepta ibi degere, vbi est fons perpetu
us vitæ. Michael Glycas d scribit Mariam
secundum legem naturæ mortuam, sed
cū filio suo resurrexisse per gratiā. Meta
phrastes etiam affirmat sacratissimum
Mariæ corpus à Deo translaturum in diui
na & cœlestia tabernacula.

*a Nis. Eccl.
hist. li. 2. c.
23.*

*bin orat. de
assump.*

*cin enc. de
dor. Virg.*

*d p. 3. ann.
Et ad Alip.*

*e in ser. de
vita Et dor*

*mit. Virg.
Can. de B.*

*Mar. l. 5. c.
4. 5. 6.*

PVN-

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE, quomodo benedictum Mariæ corpus positum in sepulchro, non modò non corruptum fuerit, sed etiam fragrantissimum odorem in signum puritatis suæ & sanctitatis exspiravit.

2. Contemplare, quomodo Deus tertio die beatæ animæ Mariæ mandarit, ut in terram descenderet, & corpus suum, comitem fidelem, resumeret. unde non exiguam cœpit voluptatem.

3. Contemplare, quomodo anima illa gloriosa ingenti angelorum multitudine stipata se corpori coniunxerit. Itaq; Maria tertio die resuscitata magno cum triumpho cœlos conscendit.

DOCUMENTA.

1. *Fili, vis corpus tuum post mortem bonum odorem emittere coram Deo castitatem eius tuere, dum es in-vivis.*

2. *Fili, si effeceris, ve corpus tuum sit domus Dei in terra; ille illud postea honorabit & exaltabit in cœlo tanquam suum.*

3. *Si velis cum Maria triumphare ascendere in cœlum, sis humilis in terra, vince animi perturbationes. & supra omnia memineris in cœlo coronandum, non qui*

bene inceperit, sed qui perseverauerit usque in finem.

HISTORIA DE INGRESSU

MARIÆ in cœlum.

EPIPHANIUS aperte fatetur, nulla lingua nec humana, nec angelica explicari posse gloriam & triumphum, quo Maria excepta est in cœlo, & concludit eam, Deo excepto, antecellere omnibus. Bernardus quoque ait, cogitatione neminem assequi posse, quanta cum gloria regina mundi cœlum ingressa sit, quanto deuotionis affectu conspecta sit à cœlestibus legionibus, quàm sereno vultu, quàm diuino complexu suscepta sit à Iesu & supra omnes creaturas exaltata. Sophronius speciatim dicit in assumptione Mariæ militiam cœli omnem obuiam ei processisse ad honorandum illam, eamque cœlesti splendore circumfusam cum concentu deduxisse ad thronum illi præparatum. Deinde addit assumptionis huius festum, quod semel quoque à nobis celebratur, à spiritibus beatis totaque Hierusalem cœlesti continenter celebrari. Athanasius refert laudes à quaque hierarchia Mariæ decantatas. Anselmus etiam dicit Deum exaltasse matrem suam supra omnes cœlos, eamque collocasse in throno gloriæ, & Dominam super omnes

in serm. de laud. B. Virg.

b serm 1. de assumpt.

c ser. de ass. Virg.

d in Evang. de S. Deip.

e cl. de excel. Virg. ca. 8.

f Can. de B. Mat. l. 2. c.

grec.

creaturas cōstituisse. Idem asserunt omnes S. Patres, qui de Maria scribunt, aut de eius assumptione.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE, quomodo Mariæ ingrediēti in cœlum multa suarū virtutū luce circumfusæ occurrerit tota cœlestis curia, à qua communi omnium gratulatione tanquam Mater Dei, & Regina cœli recepta fuit.

2. Contemplare, quomodo conscendenti thronum aure mundi constitutionem illi præparatum, supra omnes angelorum choros, singulę beatorum spirituum hierarchiæ laudes sacratissimæ virginis accinuerint.

3. Contemplare, quomodo Mariæ iam in sede sua depositæ, quę proxima erat sacrosanctæ Trinitatis throno, ad filij sui dexterā, vniuersa cœlestis curia se tanquam Reginæ suæ cum summa reuerentiæ significatione inclinārit.

DOCUMENTA.

1. Fili, si optas cum gloria recipi in cœlum cum Maria, recipere Christum cum amore & humilitate in terra.

2. Is ab angelis laudandi erunt in cœlo, qui hominum laudes fugerint in terra.

3. *Quod*

3. Quo amplius in hac vita propter
Deum te dimiseris, hoc amplius exaltabe-
ris in caelo.

MARIA IN COELO EST
protectrix suorum deuo-
torum.

HISTORIA huius postremæ imaginis
tam clara & manifesta est, vt alios au-
ctores citare opus non sit, quàm nos ip-
sos. Exploratum enim est, nullum esse re-
gnum, nullam prouinciam, nullum oppi-
dum, quantumlibet exiguum, in quo nõ
inueniatur aliqua effigies vel statua B.
Virginis, à miraculis celebrata, ad quam
hominum piorum concursus fiat, ad do-
na & beneficia spiritualia vel temporalia
à Deo per intercessionem B. Virginis im-
petranda. Idq; semper vsitatũ fuit à pri-
mis Ecclesiæ CHRISTI primordijs. Quis
verò negare audeat id tribuendũ esse pa-
tricio singulari, quo B. Maria vtitur er-
ga sibi deuotos? Quis affirmet eã nõ esse
in summa gratia infiniti illius diuinæ bo-
nitatis pelagi, postq; tot beneficia ab ea ge-
neri humano præstatur? Quis ita mētis in-
ops est, vt honorem & reuerentiam ab-
nuat, tam sedulæ, tamq̃ue amabili aduo-
cata? Ait Anselmus Mariam exaltatam
esse ad tantam dignitatem propter nos,
vt fa-

ain l. de ex-
cell. virg.
ca. 8.

*bin ser. de
assump. B.
Virg.
c in Cant.
li. 7 in fine.
Can. de B.
Mar. li. 5. c.
3. 17.*

vt facilius obtineret, quæ opus essent ad salutem animæ nostræ. *b* Et Augustinus scribit eam plus omnibus alijs sanctis nobis opitulari. *c* Vnde Rupertus appellat Mariam montem montium, vnde venit auxilium nostrum à supremo Domino & creatore nostro impetratum.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ontemplare, quomodo summa illa gloria & felicitas MARIE quam fruitur in cælo, non obsit, quominus meminerit sibi deuorum in terra, in id tanto amplius pro illis interpellat, quanto ibi caritas eius est ardentior, ipsaque fonti omnis gratiæ est vicinior.

2. Contemplare, quomodo Maria tan toperè sit dilecta à Deo, sic vt non solum obtineat quicquid postulat, verum etiã Deus gaudeat se per ipsam nobis posse aliquam gratiam præstare.

3. Vnde considera, quanti momenti sit frui protectione Mariæ, Reginæ cæli tam potentis, tantaque caritate præditæ, idque nos, tam infirmos, tam inopes, qui in exilio tam periculoso versamur.

DOCUMENTA.

1. *Qui caritatem habet, sicut Maria, ubi ad dignitatem aliquam euectus fuerit,*

MEDITATIONES. 285

*non obliuiscetur eorum, quos post se reli-
quit.*

2. *Quo studiosior virtutum fueris, hoc
pluribus a Deo beneficijs afficietis, facilius-
que, qua ab eo postulaueris, obtinebis.*

3. *Filijs ex animo addictis & deu-
oti cultui Maria, & illa ab omnibus huius
saeculi osa vitæ periculis te liberabis.*

FINIS.



LITANIAE B. VIRGINIS.

EX S. SCRIPTURA.

K Yrie eleison, Christe eleison, Kyrie
eleison, Christe audi nos.
 Pater de caelis Deus mis. nobis.
 Fili Redemptor mundi Deus mis.
 Spiritus sancte Deus mis.
 Sancta Trinitas vnus Deus mis.
 Sancta Maria ora pro nobis.
 Sancta Virgo Virginum ora.
 Mater Viuentium, ora.
 Mater pulchrae dilectionis ora.
 Mater Sanctae spei ora.
 Paradisus voluptatis ora.
 Lignum Vitae ora.
 Domus Sapientiae ora.
 Porta caeli ora.
 Desiderium collium aeternorum ora.
 Ciuitas refugij ora.
 Vrbs fortitudinis ora.
 Vena Vitae ora.
 Gloria Hierusalem ora.
 Sactuarium Dei ora.
 Tabernaculum foederis ora.
 Propitiatorium altissimi. la

		287
A	Altare Thymiamatis	ora.
	Scala Iacob	ora.
	Arca Testamenti	ora.
	Speculum sine macula	ora.
	Virga Moysis	ora.
	Lilium inter spinas	ora.
	Rubus ardens incombustus	ora.
	Vellus Gedeonis	ora.
	Thronus Salomonis	ora.
	Turris eburnea	ora.
	Fauis distillans	ora.
	Hortus conclusus	ora.
	Fons signatus	ora.
	Puteus aquarum viuentium	ora.
	Mulier amicta sole	ora.
	Stella Maturina	ora.
	Aurora confurgens	ora.
	Pulchra vt Luna	ora.
	Electa vt Sol	ora.
	Castroꝝ acies ordinata	ora.
	Solium gloriæ Dei	ora.
	A cunctis periculis	libera nos Me-
	diatrix nostra	
	Per immaculatam Conceptionem tuam	lib.
	Per sanctam Natiuitatem tuam	lib.
	Per venerabilem Præsentationē tuā	lib.
	Per admirabilem Annunciationem tuā	lib.
	Per humilem Visitationem tuam	lib.
	M	Per

Per mundissimam Purificationē tuā lib.

Per gloriosam Assumptionem tuam lib.

Mater Dei te rogamus audi nos.

Agnus Dei &c Kyrie eleison.

Psal Ad te Domine leuavi oculos meos,
qui habitas in caelis.

Ecce sicut oculi seruatorum in manibus
Dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus Domi-
næ suæ: ita oculi nostri ad Dominū Deū
nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere no-
stri: quia multum repleti sumus despe-
ratione.

Quia multum repleta est anima no-
stro, opprobrium abundantibus, & despe-
ratio superbis.

Gloria Patri, &c.

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quæsi-
mus Domine Deus perpetua mentis &
corporis sanitate gaudere, & gloria B.
Mariæ semper Virginis intercessione à
præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui
lætitia per Dominum nostrum &c.

Vers. Exaudiat nos Dominus.

Resp. Et custodiat nos semper.

AD

AD SANCTISSI-
MAM VIRGINEM DEI
GENITRICEM

MAKIAM

H Y M N V S.

AVE suprema Virginum,
Magni parentis filia.
Et sponsa sacri Flaminis.
Christique mater inclita.

Vestita Sole fulgido.

Quæ calce Lunam subteris.

Et cincta stellis tempora

Splendescis intra regiam.

Tu Moïsi arca mystica,

Suaue manna continens:

Tu clausus hortus vndique,

Turrisque munitissima.

Tu fortitudo Martyrum,

Decuque confitentium:

Tu Virginum pulcherrima:

Regina cælo præsides.

A te parens mitissima

Opem gementes poscimus:

Dulcem precare filium,

Vt nostra tollat crimina.

Summo Parenti cœlitum.

Magnaque Proli Virginis,

Sancto simul Paraclito.

Sit summa laus, & gloria. Amen.

M. 2

Verf.

Verf. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
Resp. Ut digni efficiamur promissioni-
bus Christi.

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa B. Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, & aeterna perfrui laetitia Per Christum Dominum nostrum.

Amea.

F I N I S.

AD



AD
LECTOREM.BREVIS MEDITAN-
di modus.

M *UNI* *A* pretareunt, praeter amare Deum. Sapientia cum contemplata iam esset, & longo usu experta rerum omnium vanitatem, nec ullam, aut sane exiguam rerum creatarum in hoc mundo reperisset constantiam, plurimos autem appetitus, & inexplebilem hominum sitim, qua ad illa qua transitoria sunt appetenda quasi vi, quadam impellit, tandem exclamat; Vanitas vanitatum, & vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Deinde omnia qua in mundo sunt percurrens, saluberrimo quodam consilio disputationem suam coeludit, dicens. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dices. Non mihi placent. antequam obtenebrescant & Sol, & lumen, & stellae, & Luna, & reuertantur nubes post pluiam. Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo.

Et quia ab hoc consilio tota depēdet sa-

M 3 *litt.*

Eccl. 1.

Eccl. 11.

lus animarū nostrarū, omnisq; nostra bea-
 titudo, conuenientissimè dictum est à B.
 Gregorio: Nullum omnipotenti tale sacrifi-
 cium, quale est zelus animarum: ut scilicet
 quis illis salutaribus doctrinis viā cœ-
 lestis gloria demonstrat. Hoc igitur sine bre-
 ues isti tractatus de vita D. N. Iesu Christi
 & B. Mariæ Virginis mysterijs editus est, ut
 anima tua peccatorū sordib; immersa his
 meditationibus & documentis à Spiritu
 S. illuminata, ad Creatorem & Redem-
 ptorem suum, tanquam ovis vagans &
 perditā reuertetetur, statum suum, erro-
 res & pericula, in quibus versatur in hoc
 seculo, dum in peccatis perseverat, vel an-
 dem cognosceret, contritionis dolore tacta
 ad Deum rediret, rediens pœnitentiam a-
 geret, pœnitens denique cum omnibus
 Sanctis gloriam & beatitudinem cœlestē
 possideret, ad quam condita & creata est.
 Ad hanc autem non alia via peruenitur,
 quàm ea, de qua dicit propheta: Hæc est
 via, ambulate in ea, & non declinetis, ne-
 que ad dexteram, neque ad sinistram.

Isai. 30.

Volens igitur homo Christianus post
 hanc felicem viam, ad desideratum per-
 uenire diuersorium, necesse est præter ora-
 tiones & exercitia communia, adhiberi
 quoq; diligentiam, ut cor ad Deum eleu-
 tur, non tantū in omni loco, sed in omni quo

que tempore, & in omni negotio cogitationis pijs cōtemplationibus occupatas homo circumferat. Quemadmodū apis pulchritudine colorum & odorum suauitate illa, de singulis floribus aliquid delibat, seculūq; ad faups suos adfert, ut mel conficiat: sic oportet seruum Dei omnia creata, que menti presentantur sumere, tanquam calcaria quadam ad deuotionem, & amorem Dei incitantia, ea sine intermissione ruminans in corde suo, cum multa dulcedine.

Hoc studio illud tādē consequemur, ut in altari cordis nostri semper ardeat ignis amoris diuini, dū semper pijs & deuotis orationibus & meditationibus occupamur.

Mane igitur statim ubi expergiscimus, occludamus portam omnibus cogitationibus terrenis, ita ut ante omnia Dominus noster ne agendū admittatur; offeramus ei primitias illius diei, & colloquētes cum eo iria faciamus.

Primo gratias age illi pro quiete, nocte illa tibi concessa, & quod liberauit te ab omni phantasmate, & à laqueis inimicis; proq; alijs omnibus beneficijs, creationis, conseruationis, uocationis, & redemptionis: quod te ad fidem suam uocauit, quod bonas inspirationes tibi instillauit, quod liberauit te ab omni malo, quod tanto tempore tanta cum patientia & misericordia ad penitentiam expectauit. Deniq; pro alijs:

alijs beneficijs omnibus habe illi gratias
quàm potes maximas.

Deinde offer illi omne id, quod isto die
facies aut patieris: omnes labores tuos, om-
nes passus, omnia exercitia, & breuiter o-
ne id, quod factururus es, aut quo die illo oc-
cupaberis. Offer similiter temetipsum cū
omnibus tuis, vt omnia redundent in glo-
riam eius, vt ille in omnibus faciat, & de
omnibus disponat, quod sanctissima volū-
tati illius placebit, non aliter atque si pro-
pria illius essent negotia.

Tertio, pete gratiam, ne quid illo die com-
mittas, quod diuina illius contrarium est
Māiestati. Roga vt dei tibi auxilium con-
tra omnia peccata, & potissimum illa, ad
que solas magis propendere, vt sunt ira, va-
na gloria, in verbis dissolutio, & similia: ser-
mo armans te proposito contra omnia vit-
tiorum genera,

Vesperī
quid agen-
dum.

Vesperī antequam cubitum decedas, ex-
amina teipsum in iudicio, & reuoca in me-
moriā, quic quid illo die fecisti, dixisti, vel
cogitasti contra diuinam voluntatem: om-
nem tuam negligentiam, torporem, & ac-
tiam circa diuinum cultum, & quod iam
nequiter Domini Dei tui oblitus es.

Dicta paulo post generali confessione, et
ra Deum, vt omnes errores, omniaq; com-
missa delicta tibi ignoscat, & gratiam qua
16

te emendas largiatur. Incumbens lecto
componere ad modum, quo iacebis in se-
pulchro, & perpendens paululum situm,
& figuram, quam in tumulo corpus tuum
habebit, recita quoddam responsoriū, aut O-
rationē Dominicā, & Salutationē Ange-
licā, uti solet fieri ad sepulchra mortuorū.

Quotiescunq; nocte expergiſceris dic Glo-
ria Patri & filio & cat. aut aliquid simile,
& quotiescunq; horæ signū audis, dic, Be-
nedicta sis hora, in qua Dominus meus le-
sus Christus natus & mortuus est pro no-
bis & Domine in hora mortis memēto mei.

Et cōsidera quomodo vita tua iā hora bre-
uior est, q̄ ante & tela tua paulatim finitur

Quando mensa accubiturus es, aut à
mensa surrecturus, memento semper exem-
pli Domini nostri; eleua cor tuum ad Deū
tuum, considera quomodo ille est, qui dat
tibi cibum & potum, & qui creauit om-
nia in usum tuum: redde illi gratias pro
cibus, quos dat. perpende quā homines fa-
me penē moriuntur, quibus tu tanto bea-
tior es, recordare quanta cum facilitate
possides tu, quod alij vix magnis periculis
& laboribus possunt conquirere.

Quando à Tentatore Diabolo impu-
gnatis, optimum remedium est, si cōfessus
recurras ad Crucem & in ea Iesum Chri-
stum pendentem, immaniter flagellatum,
Si-

Quando
hora sonat.

Mensa ac-
cubiturus
quid agen-
dum.

ffinis coronatum. in Cruce extensum & non habentem speciem neque decorem, sanguinis pretiosi rivulis à toto corpore scaturientibus Recordare precipuam causam, cur illic pendeat Dominus tuus non aliam esse, quàm ut regnum peccati destrueret. Ora illum cum deuotione, ne permittat, rem tam odiosam, in corde aut oculis tuis dominari, quam ipse tantis sumptibus & laboribus relegauit, atque destruxit, & dic: O Domine mi tu pendes hic

Oratio contra tentationes.

in ligno, ut ego non peccem: & non sufficiet mihi hoc ut peccatū fugiam? Oro te Domine mi, per sacratissimam illam tuam vulnera, noli permittere, ut unquam à te derelinquar, cum ad te veniā, imò Domine, monstra mihi optimū portum in quo possum saluari. Si tu reprobaueris me, quò vadam? quid faciam: quid de me fiet: quis me defendet: Adiuua me Domine mi, & tuere me ab illo Dracone, cum nihil possim sine te.

Erit etiam consultum, ut nonnunquam signes te signaculo Sancta Crucis, aut saltem hoc signo per celerem cogitationem munias intus cor tuum. Quod si hæc feceris, tentationes erunt tibi materia & occasiones nobilioris, angustiorisq; coronæificentq; ut mens tua crabrius ad Deum eleuetur, & Diabolus, qui spe victoria inductus venerat, turpiter victus fugiat. In-

ter omnia exercitia ista plurimum com-
mendantur suspiria, quae maximorum de-
sideriorum sunt indicia, quibus anima à
Spiritu S. praeventa. & amore Dei vulne-
rata suspirat, & ardenti desiderio ad a-
morem Dei anhalat, ideoq; amorem hunc
sine intermissione, magnaq; petit instatia.

Hac meditatio, & sanctū hoc exercitiū
tā vtile est, ut si fiat assidue, siue sit inter
manducandū, bibendū, cundum, vellabo-
randū, siue maiori sit dignitate & efficacia,
quā alia exercitia proluxa & orationes
copiosae.

Exercitium hoc commodius, & vtilius
fit desiderijs & gemitibus interioribus,
quā verbis: verba tamen etiam adiu-
uant semper: quae potest homo nonnunquā
in hunc aut similem modum preferre:

Oratio.

O bone Iesu, o dulcedo cordis mei: o vita
anime, quando tibi in omnibus, & per om-
nia placebo: quando mihi ipse perfecte mo-
tior: quando praferam te ceteris omnibus
creaturis, quando non viuet amplius in
me quicquam praeter te Domine? Misere-
re mei Domine & adiuua me. Tua vul-
nera Domine, tāquam rosas vernantes sa-
luto; absconde me Domine in illis, & lauda
me in illis, ut per omnia mundus sim, &
amore tuo inflammatus. O Domine Deus,
o principium admirabile, o pietas amabilis
cha-

charitatis, ô carissima lux intellectus mei,
 ô quies mea voluntatis, quando te ardentè
 amabo? Dignare Domine trajicere animã
 meam amoris tui iaculo, dignare me tibi
 consociari, ut unum quid tecum sim. O
 desiderium meum: ô spes mea: ô refrigeriũ
 meũ. Ah si anima mea digna tuis esset am-
 plexib. ut omnis torpor, omnisq; tepor meus
 ab igne tui amoris absumatur. O anima a-
 nima mea: ô vita vite mea: te totũ deside-
 ro, & me totũ tibi offero, totum toti, unum
 uni, & unicũ unico. O si locũ haberet in
 me quod tu Patri dixisti Pater sancte, sint
 vnũ sicut & nos vnũ sumus. Ego in eis
 & tu in me, ut sint consummati in vnũ.

Nihil aliud volo, nihil aliud desidero,
 nihil aliud à te peto: tu namque solus mi-
 hi sufficis. Tu meus es Pater, tu mea ma-
 ter. tu defensor, tu ductor, tu omne bonum
 meum, Tu es totus amabilis, totus dele-
 ctabilis, totus fidelis. Quis vnquam tam
 liberalis fuit, ut dederit semetipsum? quis
 vnquam tam tenerè dilexit, ut semetip-
 sum pro vili creatura in mortem tradide-
 rit? Quis tam humilis, qui ad eò minuit &
 humiliavit suam Maiestatem? O Domine,
 qui neminem despicias, neminem fastidis,
 neminem repellis qui te querit: imò vocat,
 & excitas, ut obuiã procedat: tua namq;
 delicia sunt esse cum filiis hominum.

F I N I S.













UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





IN GANZHEIT DIE HIST
DEUTSCHE LEBEN



Th
4473

